This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 2044 106 330 517

Fl. 43 Sch 6.8

HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

~~THE GIFT OF~~

Bought.

LIBRARY OF THE GRAY HERBARIUM
HARVARD UNIVERSITY
BOUGHT

FLORA BARBIENSIS.

= Barby near Magdeburg

IN VSVM
SEMINARII FRATRVM
EDIDIT
FRID. ADAM. SCHOLLER.



Pater vester ita circumvestit.
Matth. 6. v. 30.

LIPSIAE
APVD WEIDMANNI HEREDES ET REICHIVM
IN COMMISSIS. MDCCLXXV.

PRAEFATIO.

Quatuordecim abhinc annis ſcholas botanicas in ſeminario noſtro aperire coepi. Creditum ſcilicet eſt, vtile futurum eſſe ſtudioſis noſtris, ſi, praeter diligens Scripturae ſacrae, linguarum, Matheſeos, Phyſices, Hiſtoriarum, aliarumque ſcientiarum ſtudium, etiam Hiſtoriae naturalis et Botanices elementa aliquantulum deguſtarent. In longinquas ſaepe regiones diſperguntur. Vidi ex meis quondam diſcipulis abire in Africam, Aſiam, Americam ſeptentrionalem et auſtralem. Fatendum quidem eſt, ſcopum horum itinerum non eſſe Hiſtoriam naturalem aut Botanicam. Amor Chriſti eſt, quo conſtricti (2 Cor. 5, 14.) fratres noſtri, in diſſitas abeunt regiones. Adnunciant ibi hominibus, Creatorem factum eſſe hominem, morte ſua et ſanguine ſuo pretioſiſſimo deperditum hominum genus redemiſſe ac vulneribus ſuis nos ſanaſſe. Sicque homines, quam poteſt fieri plurimos, ad veram

et ſalutarem Chriſti cognitionem perducere conantur.

Hunc autem ſcopum primarium perſequentes, poſſunt ſimul opera Creatoris magnifica vbiuis iis obuia admirari. Poſſunt herbas aliaque corpora naturalia ad vſus oeconomicos et medicos adplicare. Sed hoc ſine dubio eo felicius facere poterunt, quo maiori cognitione rerum naturalium ſunt imbuti. Tractabimus igitur et in poſterum, quantum fieri poteſt, in ſeminario noſtro Hiſtoriam naturalem, et nominatim iucundam pariter ac vtilem Botanicam. Et hunc ipſum in finem Floram hanc Barbienſem edere conſtitui; de qua pauca iam mihi dicenda ſunt.

Linnei, ſummi noſtrae aetatis Botanici, ſcriptis ab initio lectionum mearum botanicarum vſus ſum. Saepius optaui, vt placeret praeſtantiſſimis aeui noſtri Botanicis, progredi in via et methodo a linneo nobis monſtrata. Corrigenda, emendanda et addenda ſemper erunt quaedam in re botanica. Vidimus ipſum linneum hoc in ſuis ſcriptis diligenter adhuc feciſſe. Et tantum abeſt, vt eum ob factas mutationes neceſſarias reprehendere poſſim; vt potius curam ipſius in emendandis ſuis ſcriptis laudare debeam.

Pote-

Poterunt igitur et alii veri Botanici corrigere, emendare, addere: et tamen amicabilis quidam conſenſus ſcientiae botanicae incrementum promouebit.

Noſtra haec Flora ſtrictim ſiſtit LINNEI definitiones et generum et ſpecierum, vti continentur in SYSTEMATIS VEGETABILIVM *editione decima tertia* a IOANNE ANDREA MVRRAY, Profeſſore Gottingenſi celeberrimo, adornata. Superſedere hac ratione potui continuis citationibus atque ſynonymis; cum quilibet, ſi placet, plantam quamuis nomine ſuo generico et triuiali notatam, in LINNEI ſcriptis euoluere ibique ſynonyma neceſſaria inuenire queat. Ex editione ſecunda Specierum plantarum et Florae Suecicae, vt et ex Mantiſſa plantarum prima et ſecunda ea excerpſi et ad quamuis ſpeciem adſcripſi, quae ſcopo meo inſeruire poſſe videbantur.

Loca natalia plantarum noſtrarum ipſe his annis praeterlapſis viſitaui, et plantas omnes, paucis exceptis, ipſe legi; ſaepius tamen ſuauiſſimo fratrum meorum conſortio ſtipatus eorumque diligentia adiutus. Quod alii Florarum editores obſeruarunt, prouentum plantarum variis mutationibus obnoxium eſſe; illud, ob Albis praecipue et Salae in-

undationes, etiam apud nos valet. Plantae antehac indigenae euaneſcunt, aut ſaltim rariores euadunt: aliae contra olim non viſae accedunt. Exempla tamen in tribus his luſtris, quibus plantas Barbienſes conquiſiui, rariora fuerunt.

Terminos Florae noſtrae ad ſpatium vnius milliaris cum dimidio quaquauerſum, et vix vltra, extendere placuit. Comprehenditur ergo circulo, cuius centrum eſt Barbium, et cuius diameter eſt trium milliarium germanicorum. Pertingit ad vrbes circumiacentes Serueſtam, Gommeram, Schoenebeckium, Salzam et Calbam; ſicque, praeter comitatum Barbienſem, ditiones quasdam Anhaltinas et Brandenburgicas includit. Licet autem ſpatium hoc Florae noſtrae aſſignatum ſatis ſit mediocre; admodum probabile tamen eſt, nondum omnes plantas in illo occurrentes a nobis viſas eſſe. Hinc et praeſentes et futuros noſtros Botanicae cultores inuitatos volo, velint et in poſterum latentes adhuc plantulas diligenter perueſtigare.

Nomina germanica deſumſi ex Anonymi Nomenclatura, BECKMANNO, DITERICO, REYGERO, RVPPIO, SCHAEFFERO, SCHREBERO et WEISIO. Primarium mihi eſſe vide-

videtur, nomen genericum. Si e. g. *Münze* eſt nomen generis Menthae; tunc in ſpeciebus facile epitheta, ſi placet, vt in Latina lingua, adponi poſſunt et dici *Acker-Münze*, *Waſſer-Münze*: et ſic in reliquis. Ego in hac Flora haſce ſpecierum denominationes, quae ſola verſione epitheti latini fiunt, plerumque omiſi. Vbi autem nonnullae ſpecies nomen fixum in vernacula noſtra lingua adeptae ſunt, illud ſemper adſcripſi.

Ad exemplum ipſius LINNEI in Flora Suecica, vt et BOERHAAVII, DITERICI, NECKERI, aliorumque, de vſu plantarum oeconomico et medico pauca quaedam, vbi licuit, addidi. Video quidem, etiam in his verum eſſe tritum illud: Laudatur ab hoc, culpatur ab illo. Mihi tamen pro ſcopo meo ſufficere potuit, ſcire, hunc vel illum doctum virum plantae cuidam illas tribuiſſe vires, quas deſcripſi; licet forſan alii plantae illi eas vires denegauerint. Studium enim tantum Botanophilorum meorum excitare, et ad frequentes quaeſtiones, cui vſui ſit haec vel illa planta, in anteceſſum paucis reſpondere volui. Qui plura deſiderat, ſcripta medica adire debet. Praeter LINNEI Materiam medicam et Floram Suecicam, ad manus mihi fuerunt in hoc labore

VOGELII Hiſtoria materiae medicae; BOERHAAVII Hiſtoria plantarum; LOESECKE *Abhandlung der auserleſenſten Arzneymittel;* et alii nonnulli. Ex his igitur excerpta ſunt, quae de vſu et viribus plantarum adnotaui.

Poſt recenſionem plantarum circa Barbium ſponte naſcentium, appendicem ſubiunxi earum, quae in hortis et agris frequentius coluntur, adeoque quotidie ob oculos nobis verſantur. Hoc eam ob cauſſam neceſſarium mihi videbatur, quia hoc opuſculum vſui quotidiano commilitonum meorum, qui Botanicae operam dare incipiunt, deſtinatum eſt. His autem minus acceptum fore credendum eſt, ſi plantae vbiuis obuiae, licet non indigenae, in illo deſiderarentur. Interim tamen non omnes plantas exoticas, quae in hortulo noſtro botanico et in aliis curioſorum hortis apud nos coluntur, enumerare potui; cum hoc modo libellus mole ſua laborauiſſet.

Caeterum vt hic horarum ſubſeciuarum labor in Dei gloriam et aliqualem fratrum meorum vtilitatem cedat, hoc eſt, quod vehementer opto. Scripſi Barbii d. 16. Iunii 1774.

TER-

TERMINORVM BOTANICORVM MAXIME VSITATORVM DEFINITIONES LINNEANAE.

I. RADIX, organum nutriens plantam.

1. ANNVA, intra annum emoritura.
2. PERENNIS, per plures annos regerminans.
3. FVSIFORMIS, ſimpliciuſcula attenuata.
4. PRAEMORSA, apice quaſi truncata.
5. TVBEROSA, e pluribus carnoſis filo quaſi connexis.
6. PALMATA, carnoſa lobata.

II. TRVNCVS, organum multiplicans plantam.

a) CAVLIS, truncus herbae eleuans et fructificationem et folia. *Caudex* etiam appellatur.
b) CVLMVS, truncus graminibus proprius.
c) SCAPVS, eleuans fructificationem, nec folia.
d) STIPES, truncus in folia tranſiens. (*Palmae.*)

1. HERBACEVS, annuus, non lignoſus.
2. FRVTICOSVS, perennis cum caudicibus pluribus.
3. STRICTVS, perpendicularis abſque flexura.
4. DIFFVSVS, ramis patentibus.

5. PRO-

5. PROCVMBENS, debilis terrae innitens.
6. REPENS, terrae incumbens radiculasque agens.
7. RADICANS, aliis ſe affigens radiculis lateralibus.
8. GENICVLATVS, internodiis interceptus.
9. VOLVBILIS, ſpiraliter adſcendens per alia corpora.
10. TERES, angulis deſtitutus.
11. ANCEPS, angulis duobus oppoſitis acutiuſculis.
12. TRIQVETER, lateribus tribus exacte planis.
13. STRIATVS, lineis tenuiſſimis excauatis inſcriptus.
14. SVLCATVS, lineis profundis exaratus.
15. PROLIFER, ex apicis centro tantum emittens ramos.
16. DICHOTOMVS, bifariam ſemper diuiſus.
17. BRACHIATVS, ramis decuſſatim oppoſitis.
18. VIRGATVS, ramuſculis debilibus inaequalibus.
19. PANICVLATVS, ramis varie ſubdiuiſis.
20. FASTIGIATVS, ramis aequalis altitudinis.

III. FOLIVM, organum motus plantae.

1. AMPLEXICAVLE, baſi caulem ambiente.
2. CANALICVLATVM, ſupra ſulco profundo longitudinaliter excauatum.
3. CARINATVM, parte prona diſci longitudinaliter prominente.
4. CONIVGATVM, pinnatum tantum binis foliolis lateralibus.
5. CORDATVM, ſubouatum, baſi ſinu exſculpta absque angulis poſticis.
6. CRENATVM, margine inciſuris ſine reſpectu extremitatis ſecto.
7. CVNEIFORME, ſenſim verſus baſin anguſtatum.
8. DECVRRENS, baſi folii deorſum per caulem extenſa.
9. DENTATVM, margine acuminibus patentibus remotis.

10. DI-

10. DIGITATVM, petiolo ſimplici apice adnectente foliola.

11. ELLIPTICVM, lanceolatum latitudine ouati folii.

12. EMARGINATVM, terminatum crena.

13. ENSIFORME, anceps a baſi ad apicem ſenſim attenuatum.

14. FLORALE, flori proximum.

15. HASTATVM, ſagittatum, angulis poſticis ſinu diuiſis ad latera prominentibus.

16. INTEGERRIMVM, margine continuo nec minimum ſecto.

17. LANCEOLATVM, oblongum ab vtraque extremitate attenuatum.

18. LINEARE, aequalis vbique latitudinis.

19. LINGVLATVM, lineare carnoſum ſubtus connexum.

20. LOBATVM, ad dimidium diuiſum in partes diſtantes.

21. LYRATVM, tranſuerſim diuiſum in lacinias, quarum inferiores minores et remotiores.

22. NVDVM, ſetis et pilis deſtitutum.

23. OBCORDATVM, obuerſe-cordatum, vbi baſis anguſtior euadit regione apicis.

24. OBLONGVM, diametro longitudinali aliquoties ſuperante tranſuerſalem.

25. OBOVATVM, obuerſe-ouatum, vbi baſis anguſtior euadit regione apicis.

26. OVALE, ex orbiculato oblongum, vtraque extremitate roduntata aequali.

27. OVATVM, cuius diameter longitudinalis ſuperat tranſuerſalem, baſi ſegmento circuli circumſcripta, apice anguſtiore.

28. PALMATVM, diuiſum vltra dimidium in lobos ſubaequales.

29. PARTITVM, ad baſin fere diuiſum.

30. PEL-

30. PELTATVM, petiolo diſco folii inſerto.

31. PETIOLATVM, petiolo ad baſin inſerto.

32. PINNATIFIDVM, tranſuerſim diuiſum in lacinias horizontales oblongas.

33. PINNATVM, petiolo ſimplici lateribus adnectente foliola plura.

a) BIPINNATVM, duplicato-pinnatum.

b) TRIPINNATVM, triplicato-pinnatum.

34. RENIFORME, ſubrotundum baſi ſinu exſculpta absque angulis poſticis.

35. RETVSVM, terminatum ſinu obtuſo.

36. REPANDVM, margine flexuoſo, attamen plano.

37. RVNCINATVM, pinnatifidum, ita vt lobi antice conuexi, poſtice tranſuerſi ſint; vt *Leontodi*.

38. SAGITTATVM, triangulare, angulis poſticis acutis ſinu diuiſis.

39. SERRATVM, margine inciſo, omnibus inciſuris reſpicientibus extremitatem.

40. SESSILE, cauli absque petiolo inſidens.

41. SVBVLATVM, ad baſin lineare, verſus apicem attenuatum.

42. TOMENTOSVM, villis intertextis nec diſcernendis obductum.

43. TRINERVE, neruoſum, tribus neruis in baſi folii concurrentibus.

44. VILLOSVM, tectum pilis mollibus.

45. VNDATVM, diſco plicis obtuſis alternatim flexo.

IV. FVLCRA, adminicula plantae pro commodiore ſuſtentatione.

1. PETIOLVS, fulcrum ſuſtinens folium.

2. STIPVLA, ſquama baſi petiolorum enaſcentium adſtans.

3. CIR-

3. CIRRVS, vinculum filiforme ſpirale, quo planta alii corpori alligatur.
4. PVBES, hirſuties omnis in planta.
   a) PILI, ductus excretorii plantae ſetacei.
   b) LANA, pili curti, denſi.
   c) BARBA, pili paralleli.
   d) SETAE, pili rigidiuſculi teretiuſculi.
   e) GLOCHIDES, mucrones apice retrorſum multidentati.
   f) GLANDVLA, papilla humorem excernens.
5. ARMA, mucrones arcentes animalia, ne laedant plantam.
6. BRACTEA, folium florale facie a reliquis foliis recedens.
7. PEDVNCVLVS, fulcrum ſuſtinens fructificationem.

V. INFLORESCENTIA, modus, quo flores pedunculo plantae adnectuntur.

1. VERTICILLVS, floribus pluribus caulem annulatim ambientibus.
2. CAPITVLVM, floribus pluribus in globum congeſtis.
3. SPICA, flores ſeſſiles alterni in pedunculo communi ſimplici.
4. CORYMBVS, fit ex ſpica, dum ſinguli flores petiolis propriis inſtruuntur, ſitu eleuato proportionali.
5. PANICVLA, flores ſparſi in pedunculis diuerſe diuiſis.
6. THYRSVS, panicula coarctata in formam ouatam.
7. RACEMVS, pedunculo ramis lateralibus inſtructo.
   a) VNILATERALIS, flores omnes ad alterum latus inſerti.
   b) SECVNDVS, flores omnes ad alterum latus flexi.

VI.

VI. FRVCTIFICATIO, vegetabilium pars temporaria generationi dicata.

A. CALYX, cortex plantae in fructificatione praeſens.

1. PERIANTHIVM, calyx fructificationi contiguus.
   a) PROPRIVM, quemlibet florem reſpiciens.
   b) COMMVNE, plures flores congregatos continens.
      α) IMBRICATVM, ſquamis variis ſuperimpoſitis.
      β) SQVARROSVM, ſquamis vndique diuaricatis.
      γ) CALYCVLATVM, quaſi alio minore calyce ad baſin cinctum.
2. INVOLVCRVM, calyx a flore remotus.
   a) VNIVERSALE, vmbellae vniuerſali ſubiectum.
   b) PARTIALE, vmbellae partiali ſubiectum.
3. GLVMA, calyx graminis, valuis amplexantibus.
4. ARISTA, mucro ſubulatus glumae inſidens.
5. AMENTVM, ex receptaculo communi paleaceo gemmaceo.
6. SPATHA, calyx longitudinaliter ruptus.
7. CALYPTRA, calyx muſci cucullatus, antherae ſuperimpoſitus.
8. VOLVA, calyx fungi membranaceus.

B. COROLLA, Liber plantae in flore praeſens.

1. PETALVM, pars corollae in plures diuiſae.
   a) TVBVS, corollae monopetalae pars inferior.
   b) VNGVIS, corollae polypetalae pars inferior receptaculo affixa.
   c) LIMBVS, corollae monopetalae pars ſuperior dilatata.
   d) LAMINA, corollae polypetalae pars ſuperior patula.
2. REGVLARIS, aequalis figura, magnitudine et proportione partium.
3. CAMPANVLATA, ventricoſa tubo deſtituta.

4. INFVNDIBVLIFORMIS, conica tubo impoſita.
5. ROTATA, plana nulli tubo impoſita.
6. HYPOCRATERIFORMIS, plana tubo impoſita.
7. RINGENS, irregularis in duo labia hians.
   a) GALEA, ringentis labium ſuperius.
   b) LABIVM, pro ringentis labio inferiori ſaepe ſumitur.
   c) FAVX, hiatus inter lacinias corollae, vbi tubus terminatur.
8. PERSONATA, ringens, ſed inter labia palato clauſa.
9. CRVCIATA, petalis quatuor aequalibus, patens.
10. PAPILIONACEA, irregularis quatuor petalis conſtans.
   a) CARINA, petalum inferius cymbiforme.
   b) VEXILLVM, petalum ſuperius adſcendens.
   c) ALAE, petala duo lateralia ſolitaria.
11. COMPOSITA, pluribus conſtans floſculis intra commune perianthium, ſupra receptaculum commune.
   a) LIGVLATA, corollulis floſculorum omnibus planis, verſus exterius latus expanſis.
   b) TVBVLOSA, corollulis floſculorum omnibus tubuloſis ſubaequalibus.
   c) RADIATA, corollulis diſci tubuloſis, ambitus vero ligulatis difformibus.

C. NECTARIVM, pars mellifera flori propria.
1. PROPRIVM, a petalis et caeteris partibus diſtinctum.
2. PETALINVM, petalis inſertum.

D. STAMEN, viſcus pro pollinis praeparatione. (Organum genitale maſculinum.)
1. FILAMENTVM, pars eleuans adnectensque antheram.
2. ANTHERA, pars ſtaminis grauida polline, quod matura dimittit.
3. POLLEN, puluis floris, humore rumpendus, atomosque elaſticos eiaculans.

E. Pi-

E. PISTILLVM, viſcus fructui adhaerens pro pollinis receptione. (Organum genitale femineum.)

1. GERMEN, rudimentum fructus immaturi in flore.
   a) SVPERVM, corolla incluſum.
   b) INFERVM, infra corollam poſitum.
2. STYLVS, pars piſtilli eleuans ſtigma a germine.
3. STIGMA, ſummitas piſtilli madida humore.

F. PERICARPIVM, viſcus plantae grauidum ſeminibus, quae matura dimittit.

1. CAPSVLA, pericarpium cauum determinate dehiſcens.
   Capſula circumſciſſa, quae maturo fructu horizontaliter diſcedit.
2. SILIQVA, pericarpium biualue adfigens ſemina ſecundum vtramque ſuturam.
3. LEGVMEN, pericarpium biualue adfigens ſemina ſecundum ſuturam alteram tantum.
4. FOLLICVLVS, pericarpium vniualue, altero latere longitudinaliter dehiſcens, nec ſuturae ſemina adfigens.
5. DRVPA, pericarpium farctum eualue continens nucem. (*Prunum*; *Geraſum.*)
6. POMVM, pericarpium farctum eualue continens capſulam.
7. BACCA, pericarpium farctum eualue ſemina nuda continens.
8. STROBILVS, pericarpium ex amento factum, ſquamis induratis.

G. SEMEN, rudimentum nouae plantae.

1. HILVM, cicatrix externa ſeminis ab eiusdem adfixione in fructu.
2. CORCVLVM, primordium nouae plantae intra ſemen.
   a) PLVMVLA, pars corculi ſquamoſa adſcendens.
   b) ROSTELLVM, pars corculi ſimplex deſcendens.

3. CO-

3. COTYLEDON, corpus laterale ſeminis, bibulum, caducum.

4. CORONA, calyculus ſupra adhaerens, quo volitat.

a) PAPPVS, corona pennacea piloſaue volitans.

α) STIPITATVS, filo eleuante et adnectente pappum et ſemen.

β) CAPILLARIS, pilis indiuiſis conſtans.

γ) PLVMOSVS, pilis pennatis conſtans.

b) CAVDA, filum ſemen terminans.

c) HAMVS; quo adhaeret animalibus.

d) ALA, membrana adfixa ſemini.

5. NVX, ſemen tectum epidermide oſſea.

6. ARILLVS, tunica propria exterior ſeminis ſponte ſecedens. (*Malua.*)

H. RECEPTACVLVM, baſis, qua partes fructificationis connectuntur.

1. PALEACEVM, lamellis innatis diſtinguentibus floſculos.

2. CONICVM, teres verſus apicem attenuatum.

3. VMBELLA, receptaculum ex eodem centro elongatum in pedunculos filiformes proportionatos.

a) SIMPLEX, pedunculis omnibus ex vno eodemque receptaculo ortis.

b) COMPOSITA, omnibus pedunculis apice vmbellulas gerentibus.

c) VNIVERSALIS, ex pluribus ſimplicibus compoſita.

d) PARTIALIS, vmbellula, pars vniuerſalis.

4. CYMA, receptaculum ex centro eodem vniuerſali, partialibus vero vagis, elongatum in pedunculos faſtigiatos.

5. RACHIS, receptaculum filiforme, floſculos longitudinaliter adnectens in ſpicam.

6. SPADIX, receptaculum palmae, enatum intra ſpatham, in ramulos fructificantes diuiſum.

VII. HIBERNACVLVM, pars plantae includens herbam embryonem ab externis iniuriis.

1. BVLBVS, hibernaculum plantae e rudimento foliorum praeteritorum.
   a) TVNICATVS, bulbus tunica extra tunicas.
   b) SQVAMATVS, ſquamis imbricatus.
2. GEMMA, hibernaculum plantae ex rudimentis foliorum futurorum.
   a) FOLIARIS, folia continens, non flores.
   b) FLORALIS, flores, non folia continens.

* * * * * * *

Flos maſculus continet tantum antheras.

Flos femineus continet tantum ſtigmata.

Flos hermaphroditus continet et ſtamina et piſtilla ſ. antheras et ſtigmata in eodem thalamo ſ. receptaculo.

Flos androgynus proprie non dicitur: occurrit tamen. Ita Callitriche verna floribus androgynis gaudere dicitur; cum proprie planta ſit monoeca, quae flores maſculos et femineos in diuerſo thalamo gerit. Sed quia ob alias rationes ad claſſem Monandriae referri debuit; dicitur eſſe floribus androgynis.

Spiculae androgynae, vt in nonnullis caricibus, habent flores maſculos et femineos in diuerſo thalamo.

Planta androgyna eadem eſt ac monoeca.

Flos ſ. Calyx ſuperus dicitur, cui germen eſt ſub receptaculo.

Flos ſ. Calyx inferus, cui germen eſt ſupra receptaculum.

Sic *Fructus inferus* et *Flos ſuperus* idem ſunt; vt ex oppoſito *Fructus ſuperus* et *Flos inferus*.

CLAS-

CLASSIVM CHARACTERES.

I. MONANDRIA. Stamen vnicum in flore hermaphrodito.

II. DIANDRIA. Stamina duo in flore hermaphrodito.

III. TRIANDRIA. Stamina tria in flore hermaphrodito.

IV. TETRANDRIA. Stamina quatuor in eodem flore cum fructu. (*Si ſtamina duo proxima breuiora ſunt, referatur ad Cl.* 14.)

V. PENTANDRIA. Stamina quinque in flore hermaphrodito.

VI. HEXANDRIA. Stamina ſex in flore hermaphrodito. (*Si ex his ſtamina duo oppoſita breuiora, pertinet ad Cl.* 15.)

VII. HEPTANDRIA. Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.

VIII. OCTANDRIA. Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.

IX. ENNEANDRIA. Stamina nouem in flore hermaphrodito.

X. DECANDRIA. Stamina decem in flore hermaphrodito.

XI. DODECANDRIA. Stamina duodecim ad nouendecim in flore hermaphrodito.

XII. ICOSANDRIA. Stamina viginti communiter, ſaepe plura, non receptaculo, ſed calycis lateri interno adnata.

XIII. POLYANDRIA. Stamina receptaculo inſerta a 20 ad 1000 in eodem cum piſtillo flore.

XIV. DIDYNAMIA. Stamina quatuor, quorum duo proxima longiora, duo breuiora.

XV. TETRADYNAMIA. Stamina ſex, quorum quatuor longiora, duo autem oppoſita breuiora.

XVI. MONADELPHIA. Stamina filamentis in vnum corpus coalita ſunt.

XVII. DIADELPHIA. Stamina filamentis in dua corpora connata ſunt.

XVIII. POLYADELPHIA. Stamina filamentis in tria vel plura corpora coalita.

XIX. SYNGENESIA. Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

XX. GYNANDRIA. Stamina piſtillis (non receptaculo) inſident.

XXI. MONOECIA. Flores maſculi et feminei in eadem planta ſunt, ſed diuerſo thalamo.

XXII. DIOECIA. Flores maſculi in diuerſa planta a femineis prognaſcuntur.

XXIII. POLYGAMIA. Flores hermaphroditi et maſculi aut feminei in eadem ſpecie.

XXIV. CRYPTOGAMIA. Flores intra fructum vel ſingulari modo occultati.

ORDI-

ORDINES ſunt claſſium ſubdiuiſiones, vt genera eo facilius diſtinguantur. Sunt autem ſequentes.

I. In ANDRIIS ſeu a claſſe 1 ad 13 deſumuntur ordines a feminis ſ. piſtillis, vt dicatur MONOGYNIA, DIGYNIA, TRIGYNIA, cet. pro numero piſtillorum. Numerus hic piſtillorum deſumitur a baſi ſtyli. Si ſtylus autem deficiat, a numero ſtigmatum calculus fit.

II. DIDYNAMIA ſ. claſſis 14 habet duos ordines: GYMNOSPERMIAM, vbi ſemina nuda in fundo floris ſita ſunt; ANGIOSPERMIAM, vbi capſula continentur.

III. TETRADYNAMIA ſ. claſſis 15 abſoluitur duobus ordinibus, qui ſunt SILICVLOSORVM et SILIQVOSORVM generum; prout legumen eſt breue aut longum.

IV. In ADELPHIIS ſ. claſſibus 16. 17. 18. ordines conſtituuntur per numerum ſtaminum. Sunt ſcilicet in his PENTANDRIA, HEXANDRIA; et ſic porro.

V. In claſſe SYNGENESIAE ſ. 19. ſex ordines conſtituuntur.

1. POLYGAMIA AEQVALIS, conſtat ex multis floſculis ſtaminibus et piſtillis inſtructis. Flores eiusmodi maximam partem vulgo FLOSCVLOSI dicuntur.

2. POLYGAMIA SVPERFLVA, cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur et ſemina proferunt; flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.

3. POLYGAMIA FRVSTRANEA, cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur et ſemina proferunt; floſculi vero radium conſtituentes, cum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.

4. POLYGAMIA NECESSARIA, cum flores hermaphroditi, ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; flores autem feminei in radio ſemina perfecta proferunt.

5. POLYGAMIA SEGREGATA, cum calyces floriferi plures comprehenduntur a communi calyce, vt vnicum florem conficiant.

6. MONOGAMIA, conſtat floribus ſimplicibus ob antheras coalitas huc pertinentibus.

VI. Claſſis 20. ſ. GYNANDRIAE agnoſcit ordines DIANDRIAM, TRIANDRIAM, cet.

VII. Claſſes MONOECIAE et DIOECIAE ſ. 21. 22. ordines deſumunt ex omnibus claſſibus antecedentibus, cum hic detur MONANDRIA, DIANDRIA cet. et porro ADELPHIA, SYNGENESIA et GYNANDRIA,

VIII. Claſſis 23. ſ. POLYGAMIAE ordines ſunt MONOECIA, DIOECIA, TRIOECIA.

IX. CRYPTOGAMIAE ſ. claſſis 24. tandem ſunt ordines FILICES, MVSCI, ALGAE, FVNGI.

CLAS-

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPVRIS. Tannenwedel; Schafthalm.

Cal. o. *Petala* o. *Stigma* ſimplex. *Sem.* 1.

1. H. (*vulgaris*).

Habitat in foſſis hinter Monplaiſir. Floret Maio.

2. SALICORNIA. Glasſchmalz.

Cal. ventriculoſus, integer. *Petala* o. *Sem.* 1.

2. S. (*herbacea*) herbacea patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis.

Habitat ad ſalinas bey Salze um die Gradirwerke herum copioſe. Floret Auguſto.

Ex hac Sal alcali et artificum Soda praeparatur. Planta ſalſa, hinc a pecoribus expetita. Aceto condita eſculenta Anglis. *Linn.*

DIGYNIA.

3. CALLITRICHE. Waſſerſtern.

Cal. 0. *Petala* 2. *Capſula* 2-locularis, 4-ſperma.

3. C. (*verna*) foliis ſuperioribus oualibus, floribus androgynis.

H. in foſſis gegen Cyprena, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Flores maſculi et feminei diſtincti in eadem planta.

4. C. (*auctumnalis*) foliis omnibus linearibus apice bifidis, flor. hermaphroditis.

H. in foſſis gegen die Poleymühle. Fl. Septembri.

Folia apice paullulum emarginata.

CLAS-

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores inferi, monopetali, regulares.*

4. LIGVSTRVM. Hartriegel; Rheinweiden.

Cor. 4-fida. *Bacca* tetraſperma.

5. L. (*vulgare*).

H. in dumetis im Gnez; beym Weinberge, et alibi. Fl. Iunio.

Offic. LIGVSTRI Folia. In ſcorbutica dentium laxitate cum foliis gargarizationes fiunt. *Vog.*

b. *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus capſularis.*

5. VERONICA. Ehrenpreiß.

Cor. limbo 4-partito, lacinia infima anguſtiore. *Capſula* bilocularis.

* *Spicatae.*

6. V. (*maritima*) ſpicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ſerratis.

H. ad Salam in der Hinterluke; ad Albim hinter Monplaiſir. Fl. Iunio, Iulio.

Spicae laxiores.

 7. V.

7. V. (*longifolia*) ſpicis terminalibus, foliis oppoſitis lanceolatis, ſerratis acuminatis.

H. in dumetis im Gnez; im Friedrichswerder. Fl. Iulio, Auguſto.

Planta procera, ſpicis longis denſis.

8. V. (*ſpicata*) ſpica terminali, fol. oppoſitis, crenatis, obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo.

H. in ſiccis beym Zeizer Buſche; bey Friederikenberg. Fl. Iulio.

9. V. (*officinalis*) ſpicis lateralibus pedunculatis, fol. oppoſitis, caule procumbente. Officineller Ehrenpreiß.

H. in ſyluaticis gegen Friederikenberg. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. VERONICAE Herba. Vulneraria eſt externo vſu. Interne in phthiſi, tuſſi, calculo renum laudatur. Loco Theae Chinenſis vſurpari poteſt. *Vog. Hoffm.*

** *Corymboſo-racemoſae.*

10. V. (*ſerpyllifolia*) racemo terminali ſubſpicato, foliis ouatis glabris crenatis.

H. in gramineis in der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. Maio.

Flores fere albi, venis purpureis picti.

11. V. (*Beccabunga*) racemis lateralibus, fol. ouatis planis, caule repente. Bachbungen.

H. in foſſis bey Walternienburg; Göbniz, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. BECCABVNGAE Herba. Conducit in obſtructionibus viſcerum. Eſt et antiſcorbuticum. *Vog.*

12. V. (*Anagallis*) racemis lateralibus, fol. lanceolatis ſerratis, caule erecto.

H. in foſſis gegen Cyprena, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

13. V. (*ſcutellata*) racemis lateralibus alternis, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis.

H. ad paludes am Wege nach Pömelte; auch bey Döben. Fl. Iunio.

Racemi capillares, laxi, diuaricati.

14. V. (*Teucrium*) racemis lateralibus longiſſimis, fol. ouatis rugoſis dentatis obtuſiuſculis, caulibus procumbentibus. Erdbathengel.

H. im Buſche gegen Tochheim. F. Iunio.

Eſt Teucrium verum Berolinenſium, cuius vſum diaeteticum Theae iubent ſubſtituere. *Haller.*

15. V. (*proſtrata*) racemis lateralibus, fol. oblongo-ouatis ſerratis, caulibus proſtratis.

H. in gramineis bey der kleinen Weidenallee; beym Weinberge, et alibi, frequens. Fl. Maio.

Calyces quinquefidi.

16. V. (*Chamaedrys*) racemis lateralibus, fol. ouatis rugoſis dentatis ſeſſilibus, caule bifariam piloſo. Gamanderlein; Bathengel.

H. in pomariis, pratis, vbique. Fl. Maio.

Folia loco Theae vſurpantur. Calycina foliola inaequalia lanceolata.

*** *Pedunculis vnifloris.*

17. V. (*agreſtis*) flor. ſolitariis, fol. cordatis inciſis pedunculo breuioribus. Hünerdarm mit Gamanderleinblättern.

H. in cultis copioſe. Fl. Aprili; etiam auctumno.

Calycina foliola ouata aequalia.

18. V. (*aruenſis*) flor. ſolitariis, fol. cordatis inciſis pedunculo longioribus.

H. in campis gegen Zeiz, et alibi. Fl. Aprili.

Calycina foliola lanceolata inaequalia. Caules erecti. Corolla calyce minor.

19. V. (*hederaefolia*) flor. ſolitariis, fol. cordatis planis quinquelobis. Hünerdarm mit Epheublättern.

H. in cultis et aruis vbique. Fl. Aprili, Maio.

20. V. (*triphyllos*) flor. ſolitariis, fol. digitato-partitis, pedunculis calyce longioribus. Händleinkraut.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, copioſe. Fl. Aprili.

21. V. (*verna*) flor. ſolitariis, fol. digitato-partitis, pedunculis calyce breuioribus.

H. in ſterilibus am Damme hinter Monplaiſir; bey Tochheim. Fl. Martio, Aprili.

Caulis erectus ſtrictus.

6. GRATIOLA. Gnadenkraut; Purgierkraut.

Cor. irregularis, reſupinata. *Stamina* 2 ſterilia. *Capſ.* 2-locularis. *Cal.* 7-phyllus; 2 exterioribus patulis.

22. G. (*officinalis*) fol. lanceolatis ſerratis, flor. pedunculatis. Gottesgnad.

H. in pratis humidis über der Elbe gegen Göbniz, et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. GRATIOLAE Herba. Aluum potenter mouet. Contra vermes prodeſt. Hydropicis in primis deſtinatur, et qui quartana febre laborant. *Vog.* Qualitas eximia, cauta. *Linn.*

c. *Flores inferi, monopetali, irregulares. Fructus gymnoſpermi.*

7. VERBENA. Eiſenkraut; Eiſerich.

Cor. infundibulif. ſubaequalis, curua. *Calycis* vnico dente truncato. *Sem.* 2 ſ. 4, nuda. (*Stamina* 2 ſ. 4.)

23. V.

23. V. (*officinalis*) tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, fol. multifido-laciniatis, caule ſolitario.

H. auf dem Anger an der Elbe; in Walternienburg ad ſepes copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. VERBENAE Herba. Vis adſtringens, vſu dubio. *Linn.* Externe in inflammationibus proficua. Radix cucumeribus condiendis addita gratum iis conciliat ſaporem. Flores albo-ruſeſcentes.

8. LYCOPVS. Wolfsfuß.

Cor. 4-fida; lacinia vnica emarginata. *Stamina* diſtantia. *Sem.* 4, retuſa.

24. L. (*europaeus*) foliis ſinuato-ſerratis. Waſſerandorn.

H. ad foſſas hinter Walternienburg, et alibi. Fl. Iulio.

Succus nigricante colore quaeuis adeo pertinaciter inficit, vt elui nequeat. *Linn.* Exſiccatur ſcilicet planta et cum vitriolo coquitur, ſicque colore nigro telae linteae aliaque tinguntur. Etiam errones, Aegyptios ſeſe dicentes, faciem hoc ſucco inficere perhibentur.

9. SALVIA. Salbey.

Cor. inaequalis. *Filamenta* transuerſe pedicello affixa.

25. S. (*ſylueſtris*) fol. cordato-lanceolatis vndulatis biſerratis maculatis acutis, bracteis coloratis flore breuioribus.

H. ad marginem ſyluae über der Elbe, dem Schloſſe gegen über, rarius. Fl. aeſtate.

26. S. (*pratenſis*) fol. cordato-oblongis crenatis, ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. Wieſenſalbey; Scharlachkraut.

H. ad margines agrorum bey der kleinen Weidenallee; hinter Monplaiſir am Damme, frequens. Fl. Iunio.

Offic. HORMINI Folia, Semen. Flatus diſſipat: fluorem album ſiſtit. Semen ſuauiſſimum odorem ſpirat. Cum melle argemas et albugines oculorum purgat. *Vog.*

d. *Flo-*

d. *Flores ſuperi.*

10. CIRCAEA. Hexenkraut.

Cor. dipetala. *Cal.* diphyllus, ſuperus. *Sem.* 1, biloculare.

27. C. (*lutetiana*) caule erecto, racemis pluribus, foliis ouatis. Waldklette.

H. im Zeizer Buſche; im Walde über der Elbe, copioſe. Fl. aeſtate.

In haemorrhoidibus externe in forma cataplasmatis, interne in infuſo prodeſſe poſſe dicitur.

DIGYNIA.

11. ANTHOXANTHVM. Ruchgras.

Cal. Gluma 2-valuis, 1-flora. *Cor.* Gluma 2-valuis, acuminata. *Sem.* 1.

28. A. (*odoratum*) ſpica oblonga ouata, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus.

H. auf dem Anger; am Zeizer Buſche, et alibi, frequens. Fl. Aprili, Maio.

Odorem gratum foeno conciliat, et ab equis, bobus et ouibus libenter comeditur. *Schreber.*

CLAS-

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores ſuperi.*

12. VALERIANA. Baldrian.

Cal. o. *Cor.* 1-petala, baſi hinc gibba, ſupera. *Sem.* 1.

29. V. (*dioica*) flor. triandris dioicis, fol. pinnatis integerrimis. Kleiner Baldrian.

H. in humidis hinter Walternienburg gegen die Poleymühle. Fl. Maio.

30. V. (*officinalis*) flor. triandris, fol. omnibus pinnatis.

H. ad foſſas beym Gnez, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Offic. VALERIANAE MINORIS Radix. Vſus hodie in viſu acuendo et nebulis oculo obuerſantibus diſpellendis frequentiſſimus. *Vag.* Neruinum eſt egregium. Odor radicis vernalis felibus gratiſſimus.

31. V. (*Locuſta*) flor. triandris, caule dichotomo, fol. linearibus. Locuſta olitoria, fructu ſimplici. Rapünzchen; Ackerſallat.

H. in campis frequens, et colitur in hortis.

Folia in acetariis hiberno tempore adhibentur. Succus prodeſt contra calculum renum. Hypochondriacorum ſummum eſt ſolamen. *Boerh.*

13. IRIS.

13. IRIS. Schwertlilie.

Cor. 6-partita; petalis alternis reflexis. *Stigmata* petaliformia.

32. I. (*pſeud-Acorus*) corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, fol. enſiformibus. Gelbe Waſſerlilie; Waſſerſchwertel.

H. in foſſis vbique. Fl. Maio.

Offic. ACORI PALVSTRIS Radix. Radix adſtringit. In puluere ſumta ventriculi flacciditatem emendat. *Vog.*

33. I. (*ſibirica*) corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, fol. linearibus.

H. in pratis von Kleinroſenburg nach Aken hin. Fl. Maio.

b. *Flores inferi.*

14. POLYCNEMVM. Knorpelkraut.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 5, calyciformia *Sem.* 1, ſubnudum.

34. P. (*aruenſe*).

H. in campis gegen Zeiz; auch daſelbſt auf der alten Schanze. Fl. Iulio, Auguſto.

c. *Flores graminei, valuulis Glumae calycinae.*

15. SCHOENVS. Knopfgras; Strickgras.

Glumae paleaceae, vniualues, congeſtae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, ſubrotundum inter glumas.

35. S. (*albus*) culmo ſubtriquetro foliofo, flor. faſciculatis, fol. ſetaceis.

H. in paludibus turfoſis an der Ruthe gegen die Poley-mühle. Fl. Iunio, Iulio.

16. CYPERVS. Cypergras.

Glumae paleaceae, diſtiche imbricatae. *Cor.* 0. *Sem.* 1, nudum.

36. C. (*flaueſcens*) culmo triquetro nudo, vmbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. Gelbes Cypergras.

H. in paludibus gegen die Poleymühle. Fl. Iunio, Iulio.

37. C. (*fuſcus*) culmo triquetro nudo, vmbella trifida, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis linearibus. Braunes Cypergras.

H. ad paludes am Wege nach Pömelte; auch am Graben den Anger hinunter. Fl. Iunio, Iulio.

17. SCIRPVS. Binſen; Semſen.

Glumae paleaceae, vndique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe.

* *Spica unica.*

38. S. (*paluſtris*) culmo tereti nudo, ſpica ſubouata, terminali. Sumpfbinſen.

H. in foſſis gegen den Weinberg, et alibi, copioſe. Fl. Maio.

Recens ſuibus eſt pabulum gratiſſimum.

39. S. (*caeſpitoſus*) culmo ſtriato nudo, ſpica biualui terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis.

H. in depreſſis turfoſis unten bey der Lindenallee, et alibi. Fl. Maio.

Culmus leuiter ſtriatus. Spica parua, ſaepe vnius tantum lineae. Inter radiculas inſident radicibus corpuſcula parua nigra ouata petiolata.

40. S. (*acicularis*) culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ouata biualui, ſeminibus nudis. Kleinſte Binſen.

H. in inundatis am Graben gegen Cyprena; auch über der Elbe in der Allee. Fl. aeſtate.

** *Culmo tereti polyſtachio.*

41. S. (*lacuſtris*) culmo tereti nudo, ſpicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. Teichbinſen.

13. IRIS. Schwertlilie.

Cor. 6-partita; petalis alternis reflexis. *Stigmata* petaliformia.

32. I. (*pſeud-Acorus*) corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, fol. enſiformibus. Gelbe Waſſerlilie; Waſſerſchwertel.

H. in foſſis vbique. Fl. Maio.

Offic. ACORI PALVSTRIS Radix. Radix adſtringit. In puluere ſumta ventriculi flacciditatem emendat. *Vog.*

33. I. (*ſibirica*) corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, fol. linearibus.

H. in pratis von Kleinroſenburg nach Aken hin. Fl. Maio.

b. *Flores inferi.*

14. POLYCNEMVM. Knorpelkraut.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 5, calyciformia *Sem.* 1, ſubnudum.

34. P. (*aruenſe*).

H. in campis gegen Zeiz; auch daſelbſt auf der alten Schanze. Fl. Iulio, Auguſto.

c. *Flores graminei, valuulis Glumae calycinae.*

15. SCHOENVS. Knopfgras; Strickgras.

Glumae paleaceae, vniualues, congeſtae. *Cor.* o. *Sem.* 1, ſubrotundum inter glumas.

35. S. (*albus*) culmo ſubtriquetro folioſo, flor. faſciculatis, fol. ſetaceis.

H. in paludibus turfoſis an der Nuthe gegen die Poleymühle. Fl. Iunio, Iulio.

16. CYPERVS. Cypergras.

Glumae paleaceae, diſtiche imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, nudum.

36. C. (*flaueſcens*) culmo triquetro nudo, vmbella triphylla, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis lanceolatis. Gelbes Cypergras.

H. in paludibus gegen die Poleymühle. Fl. Iunio, Iulio.

37. C. (*fuſcus*) culmo triquetro nudo, vmbella trifida, pedunculis ſimplicibus inaequalibus, ſpicis confertis linearibus. Braunes Cypergras.

H. ad paludes am Wege nach Pömelte; auch am Graben den Anger hinunter. Fl. Iunio, Iulio.

17. SCIRPVS. Binſen; Semſen.

Glumae paleaceae, vndique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, imberbe.

* *Spica vnica.*

38. S. (*paluſtris*) culmo tereti nudo, ſpica ſubouata, terminali. Sumpfbinſen.

H. in foſſis gegen den Weinberg, et alibi, copioſe. Fl. Maio.

Recens ſuibus eſt pabulum gratiſſimum.

39. S. (*caeſpitoſus*) culmo ſtriato nudo, ſpica biualui terminali longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis.

H. in depreſſis turfoſis unten bey der Lindenallee, et alibi. Fl. Maio.

Culmus leuiter ſtriatus. Spica parua, ſaepe vnius tantum lineae. Inter radiculas inſident radicibus corpuſcula parua nigra ouata petiolata.

40. S. (*acicularis*) culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ouata biualui, ſeminibus nudis. Kleinſte Binſen.

H. in inundatis am Graben gegen Cyprena; auch über der Elbe in der Allee. Fl. aeſtate.

** *Culmo tereti polyſtachio.*

41. S. (*lacuſtris*) culmo tereti nudo, ſpicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. Teichbinſen.

H. in paludibus am Wege nach Pömelte, et alibi, frequens. Fl. Maio.

Et hic ſcirpus a ſuibus comeditur. Ad tuguria tegenda, ad ſellas plectendas adhibetur.

42. S. (*Holoſchoenus*) culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis, inuolucro diphyllo inaequali mucronato.

H. in arenoſis in vnico loco bald hinter Walternienburg am Wege nach Zerbſt. Fl. aeſtate.

*** *Culmo triquetro, panicula foliacea.*

43. S. (*maritimus*) culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis; intermedia ſubulata. Seebinſen; groſſes Cypergras.

H. in foſſis bey Cyprena, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Varietas minor ſpiculis omnibus ſubſeſſilibus offenditur in humidiuſculis bey Döben am Wege nach Calbe.

44. S. (*ſylvaticus*) culmo triquetro folioſo, vmbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis.

H. in alnetis bey Walternienburg; Gödniz, et alibi. Fl. Iunio.

Ab equis comeditur; non a ſuibus.

18. ERIOPHORVM. Dungras; Wollgras.

Glumae paleaceae, vndique imbricatae. *Cor.* o. *Sem.* 1, *lana* longiſſima cinctum.

45. E. (*polyſtachium*) culmis teretibus, fol. planis, ſpicis pedunculatis. Wieſendungras.

H. in humidis gegen die Poleymühle; auch gegen Badez, et alibi. Fl. Maio.

Puluinaria pauperum ex pappo. Pappus etiam laudatur in vulneribus recentibus et ambuſtis.

19. NARDVS. Borſtgras.

Cal. o. *Cor.* 2-valuis.

46. N. (*ſtricta*) ſpica ſetacea recta ſecunda. Steifes Borſtgras.

H.

H. in aggeribus ad viam bey der Windmühle zwiſchen Bazez und Sachſendorf. Fl. Iunio.
Foenimeſſoribus inuiſum gramen, cum falcem obtundat. Euellitur ſaepe a cornicibus ob laruas Tipularum radices depaſcentium. *Linn.*

DIGYNIA.

a. *Flores vniflori vagi.*

20. PANICVM. Schwaden; Hirſegras.

Cal. 3-valuis; valuula tertia minima.

47. P. (*verticillatum*) ſpica verticillata, racemulis quaternis, inuolucellis vniſloris biſetis, culmis diffuſis. Klebgras.
H. in hortis inter olera frequens. Fl. aeſtate.
Inuolucella ſpinulis retro ſpectantibus hiſpida: hinc veſtibus facile adhaerent.

48. P. (*viride*) ſpica tereti, inuolucellis bifloris faſciculato-piloſis, ſeminibus neruoſis. Grünes Hirſegras.
H. in campis gegen den Zeizer Buſch, et alibi. Fl. aeſtate.
Simillimum praecedenti: ſed molle eſt, nec aſperum, digitis ſurſum ductis. Inuolucella ſaepe purpurea.

49. P. (*glaucum*) ſpica tereti, inuolucellis bifloris faſciculato-piloſis, ſeminibus vndulato-rugoſis. Wilder Hirſe.
H. in campis poſt meſſem vbique. Fl. Iulio, Auguſto.
Pedunculus valde ſulcatus. Inuolucella, vbi ſpica matura eſt, ſemper lutea ſunt ſ. fulua, et ſemina maiora, quam praecedentium.

50. P. (*Crus galli*) ſpicis alternis coniugatisque, ſpiculis ſubdiuiſis, glumis ariſtatis hiſpidis, rachi quinquangulari. Grannigtes Hirſegras.
H. ad foſſas paſſim; auch am Elbdamme, und im Sande an der Elbe. Fl. Iulio.
Spicae in ſolo ſicciori magis muticae; in humidiori magis longiusque ariſtatae eſſe ſolent.

51. P. (*ſanguinale*) ſpicis digitatis baſi interiore nodoſis, floſc. geminis muticis, vaginis foliorum punctatis. *Digitaria* foliis ſubhirſutis, caule debili, ſpicis verticillatis, ſcapo ancipiti. *Hall. Helv.* n. 1526. Wilder Hirſe; Hirſegras; Blutgras.

H. varietas vaginis foliorum piloſis, inter olera im Herzogsgarten; varietas vaginis foliorum glabris, in arenoſis ſterilibus hinter Walternienburg am Wege nach Zerbſt. Fl. aeſtate.

Gramen dactylon eſculentum Bauhini a priori tantum cultura differt.

21. ALOPECVRVS. Fuchsſchwanz.

Cal. 2-valuis. *Cor.* 1-valuis; valuulis baſi connatis.

52. A. (*pratenſis*) culmo ſpicato erecto, glumis villoſis. Wieſenfuchsſchwanz.

H. in pratis et verſuris vbique. Fl. Maio, Iunio.

Inter gramina praeſtantiora referendus, ideoque colendus.

53. A. (*geniculatus*) culmo ſpicato infracto. Knotenfuchsſchwanz.

H. ad ſcrobes et foſſas frequens. Fl. Iunio, Iulio.

In lacubus natans eſt. *Linn.*

22. PHLEVM. Fönich; Lieſchgras.

Cal. 2-valuis, ſeſſilis, linearis, truncatus; apice bicuſpidato. *Cor.* incluſa.

54. P. (*pratenſe*) ſpica cylindrica longiſſima ciliata, culmo erecto. Wieſenfönich.

H. in pratis frequens. Fl. aeſtate.

23. PHALARIS. Glanz.

Cal. 2-valuis, carinatus, longitudine aequalis, corollam includens.

55. P. (*arundinacea*) panicula oblonga ventricoſa ampla. Rohrglanz.

H. ad Albim et ad foſſas copioſe. Fl. Iunio.

In-

Inſeruire poteſt tectis ruſticorum. Etiam a pecoribus comeditur. Varietas folio variegato in horto botanico iam ſpontanea.

24. AGROSTIS. Straußgras.

Cal. 2-valuis, vniflorus, corolla pauſlo minor. *Stigmata* longitudinaliter hiſpida.

56. A. (*ſpica venti*) petalo exteriore ariſta recta ſtricta longiſſima, panicula patula. Ackerſtraußgras; Windhalm.

H. in agris et verſuris frequens. Fl. Iulio.

Vitium agrorum. Ab ouibus non comeditur.

57. A. (*capillaris*) panicula capillari patente, calyc. ſubulatis aequalibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis.

H. in verſuris, pomariis, pratis, copioſe. Fl. Iulio.

58. A. (*alba*) panicula laxa, calyc. muticis aequalibus, culmo repente.

H. ad margines foſſarum hinter Cyprena. Fl. Auguſto.

25. DACTYLIS. Hundsgras; Knaulgras.

Cal. 2-valuis, compreſſus; altera valuula maiore carinata.

59. D. (*glomerata*) panicula ſecunda glomerata. Rauhes Knaulgras.

H. in gramineis in der Lindenallee, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Gramen durum. A canibus comeditur pro vomitu excitando. Calyx 4-florus.

26. STIPA. Pfriemgras.

Cal. 2-valuis, vniflorus. *Cor.* valuula exteriore ariſta terminali, baſi articulata.

60. S. (*pennata*) ariſtis lanatis. Fedriges Pfriemgras.

H. in aridis rechter Hand bey Friederikenberg. Fl. Maio.

61. S. (*iuncea*) ariſtis nudis rectis, calyc. ſemine longioribus, fol. intus laeuibus. Borſtiges Pfriemgras.

H. ad vias bey Zeiz; auf dem Mukrener Berge, et alibi. Fl. Iulio.

b. *Flores biflori vagi.*

27. AIRA. Schmielen.

Cal. 2-valuis, 2-florus. *Floſculi* absque interiecto rudimento.

62. A. (*caeſpitoſa*) foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque; ariſta recta breui. Glänzende Schmielen; Ackerriedgras.

H. in pratis hinter Monplaiſir; im Gnez; im Zeizer Buſche. Fl. Iulio.

Prata reddit inaequalia: ſed gramen eſt praeſtans. *Schreb.*

63. A. (*flexuoſa*) foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula diuaricata, pedunculis flexuoſis. Drathſchmielen.

H. am Elbdamme. Fl. Iunio, Iulio.

Vterque floſculus gaudet ariſta tortili longitudine floris, petalorum baſi externe inſerta.

64. A. (*caneſcens*) fol. ſetaceis; ſummo ſpathaceo paniculam inferne obuoluente. Grauſchmielen.

H. in ſterilibus gegen Monplaiſir; in editis arenoſis trans Albim, copioſe. Fl. Iunio.

Panicula deflorata longius e vagina exit. Gramen colore pallido ab aliis diſtinguitur. A pecoribus vix comeditur. Ariſta baſi glumae inſerta, longitudine calycis, in medio quaſi coronata denticulis minutis; infra coronulam fuſca, ſuperius pallidior, clauata.

28. MELICA. Perlgras.

Cal. 2-valuis, 2-florus. *Rudimentum* floris inter floſculos.

65. M. (*nutans*) petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici.

H. in editis gegen Friederikenberg. Fl. Maio.

66.

66. M. (*caerulea*) panicula coarctata, floribus cylindricis. Mant. 2. p. 325. Aira caerulea. Sp. Pl. p. 95.

H. im Buſche über der Elbe; im Friedrichsholze bey Zerbſt. Fl. Auguſto.

Ob pedicellum apice capitatum inter floſculos exſurgentem ad Melicas relata. Pabulum a pecoribus expetitum.

c. *Flores multiflori vagi.*

29. BRIZA. Zittergras.

Cal. 2-valuis, multiflorus. *Spicula* diſticha: valuulis cordatis, obtuſis: interiore minuta.

67. B. (*media*) ſpiculis ouatis, calyce floſculis breuiore. Wieſenzittergras.

H. beym Zeizer Buſche, et alibi, paſſim. Fl. Iunio. Locuſtae ſemper tremulae.

30. POA. Riſpengras; Viehgras.

Cal. 2-valuis, multiflorus. *Spicula* ouata: valuulis margine ſcarioſis acutiuſculis.

68. P. (*aquatica*) panicula diffuſa, ſpiculis ſexfloris linearibus.

H. in foſſis bey Cyprena, et alibi, copioſe. Fl. Iunio. Floſculi 5-10. Culmus ſaepe ſexpedalis. Inter gramina in aquis creſcentia, cum a pecoribus libenter comedatur, vtiliſſimum. *Schreb.*

69. P. (*triuialis*) panicula diffuſa, ſpiculis trifloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. Dreyblütiges Riſpengras.

H. in pratis; ad vias vbique. Fl. tota aeſtate.

Floſculi apice colorati, magis flaui, quam in reliquis. Spiculae ſaepius biflorae. Hoc gramen et duo ſequentia ſunt vulgatiſſima, et praeſtans pecoris pabulum.

70. P. (*anguſtifolia*) panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. Vierblütiges Viehgras.
H. in hortis, pratis, frequens. Fl. Maio, Iunio.
Antherae flauae. Panicula oblonga, conferta, ut fere imbricata conſpiciatur.

71. P. (*pratenſis*) panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. Fünfblütiges Viehgras.
H. in pratis vbique. Fl. Iunio.
Antherae caeruleſcentes. Numerus floſculorum variat.

72. P. (*annua*) panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. Sommerviehgras.
H. in hortis et ad vias. Fl. per totum annum.
Ramuli bini ex eodem loco. Spiculae floſculis tribus, quatuor aut quinque. Pabulum bonum.

73. P. (*compreſſa*) panicula coarctata ſecunda, culmo obliquo compreſſo. Bergviehgras.
H. in muris im Schloßgarten; im Paradiſe, et alibi, frequens. Fl. Iulio.
Spiculis diſtichis ſexfloris.

74. P. (*nemoralis*) panicula attenuata, ſpiculis ſubbifloris mucronatis ſcabris, culmo incuruo. Waldviehgras.
H. im Gnez; im Zeizer Buſche. Fl. Iulio.
Ramuli bini vel plures erecti. Spiculae bi-vel triflorae; graciliores, quam congenerum. Gramen tenerum, procerum.

75. P. (*bulboſa*) panicula ſecunda patentiuſcula, ſpiculis quadrifloris. Knolligtes Viehgras.
H. in aridis am Damme gegen Monplaiſir. Fl. aeſtate.
Culmi baſi tuberoſa. Egregium pabulum ouium. *Gled.*

76. P. (*criſtata*) panicula ſpicata, calyc. ſubpiloſis ſubquadrifloris pedunculo longioribus, petalis ariſtatis. Aira criſtata. Sp. Pl. p. 94. Wolligtes Viehgras.

H.

H. auf dem Anger gegen Monplaiſir copioſe. Fl. Iunio. Antherae purpureae. Variat ſpiculis villoſis et glabris. Vix a pecoribus comeditur.

31. FESTVCA. Schwingel.

Cal. 2-valuis. Spicula oblonga, tereti-uſcula, glumis acuminatis.

* *Panicula ſecunda.*

77. F. (*ouina*) panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, fol. ſetaceis. Schafſchwingel; Berggras mit ſchwarzen Wurzeln.

H. in verſuris aridis hinter Colphus; in der kleinen Weidenallee, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Spiculae floſculis quatuor aut quinque. Hoc gramen primarium eſt pabulum ouibus. *Linn.*

78. F. (*rubra*) panicula ſecunda ſcabra, ſpiculis ſexfloris ariſtatis; floſculo vltimo mutico, culmo ſemitereti.

H. auf dem Elbdamme bey der Gurgel, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

F. ouinae ſimilis, ſed maior, foliis latioribus. Culmus intra paniculam ſcaber. Color maturitatis ruber. Etiam haec ouibus praebet pabulum gratum. *Schreb.*

79. F. (*duriuſcula*) panicula ſecunda oblonga, ſpic. oblongis laeuibus, fol. ſetaceis. Harter Schwingel.

H. in muris horti in Zeiz, et alibi. Fl. Iunio.

Locuſtae floſculis 4-7. Ramuli ſolitarii remoti breues.

** *Panicula aequali.*

80. F. (*elatior*) panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtatis; exterioribus teretibus. Wieſenſchwingel.

H. in gramineis in den Alleen; im Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Maio, Iunio.

Ariſtae breuiſſimae. Locuſtae floſculis 6-8. Pabulum praeſtantiſſimum. *Linn.*

81. F. (*fluitans*) panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. Mannaſchwingel; Entengras; Schwaden.

H. in foſſis vbique. Fl. aeſtate.
Semina, Grana Mannae dicta, vſibus menſarum inſeruiunt. Colliguntur in primis in Polonia, Pruſſia, Marchia, vnde ad nos exportantur.

32. BROMVS. Treſpe.

Cal. 2-valuis. *Spicula* oblonga, teres, diſticha; ariſta infra apicem.

82. B. (*ſecalinus*) panicula patente, ſpic. ouatis; ariſtis rectis, ſem. diſtinctis. Rockentreſpe.
H. inter ſegetes frequens. Fl. Iunio.
Segeti immixtus panem amarum et ingratum reddit. Tingit colore viridi. *Linn.*

83. B. (*mollis*) panicula erectiuſcula, ſpicis ouatis pubeſcentibus; ariſtis rectis, fol. molliſſime villoſis.
H. in gramineis in der kleinen Weidenallee, et alibi, copioſe. Fl. Maio.
Similis B. ſecalino: ſed albido-pubeſcens, geniculis craſſioribus ſubtus valde hirſutis. Vaginae ſtriatae. Panicula breuius pedicellata. Spiculae plerumque ſeptemflorae. Citius matureſcit, quam congeneres.

84. B. (*ſterilis*) panicula patula, ſpic. oblongis diſtichis, glumis ſubulato-ariſtatis.
H. ad ſepes im Schloßgarten bey der Brücke, et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

85. B. (*inermis*) panicula erecta, ſpiculis ſubteretibus ſubulatis nudis ſubmuticis. Mant. 2. p. 186.
H. am Elbdamme beym Guez, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.
Locuſtae viridi-ſpadiceae, modo ariſtatae modo muticae; ſpiculis ſaepe nouem. Planta reptatrix, vt triticum repens. *Schreb.*

86. B. (*aruenſis*) panicula nutante, ſpiculis ouato-oblongis. Ackertreſpe.
H. ad margines agrorum am Wege nach Werkleiz; am Elbdamme, et alibi. Fl. Iunio.
Folia pagina ſuperiore pubeſcentia pilis albidis. Spiculae ſupra griſeae, ſubtus virides, decemflorae.

87.

87. B. (*tectorum*) panicula nutante, ſpic. linearibus. Bergtreſpe.
H. ad muros im Paradiſe und im Schloßgarten; auch im trockenen Sande hinter Monplaiſir. Fl. Maio.
Panicula ſecunda nutans, maturo fructu ad terram depreſſa. Spiculae floſculis quinque. Tota planta saepius purpurei coloris.

88. B. (*giganteus*) panicula nutante, ſpic. quadrifloris; ariſtis breuioribus. Gröſſeſte Treſpe.
H. im Walde über der Elbe; auch im Gnez, und an den Zäunen bey Gethſemane. Fl. Auguſto.
Panicula valde laxa. Pedunculi bini, longo ſpatio nudi. Folia latitudine digiti.

89. B. (*pinnatus*) culmo indiuiſo, ſpic. alternis ſubſeſſilibus teretibus ſubariſtatis. Zittertreſpe.
H. im Gnez; im Zeizer Buſche; frequens. Fl. Iulio.
Spiculae teretes, villoſae, ariſtae ex apice glumarum obtuſo.

33. AVENA. Haber; Hafer.

Cal. 2-valuis, multiflorus; ariſta dorſali contorta.

90. A. (*elatior*) paniculata, calyc. bifloris, floſc. hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. Glatthafer.
H. in gramineis fertilibus am Elbdamme; in der Lindenallee, et alibi, copioſiſſime. Fl. aeſtate.
In Gallia, vt pabulum praeſtans, ſub nomine *Raygraſs* colitur, et prae Lolio perenni culturam meretur.

91. A. (*fatua*) paniculata, calyc. trifloris, floſc. omnibus ariſtatis baſique piloſis. Wildhafer.
H. inter ſegetes copioſe. Fl. aeſtate.
Vitium agrorum.

92. A. (*pubeſcens*) ſubſpicata, calyc. ſubtrifloris baſi piloſis, foliis planis pubeſcentibus. Spec. Pl. p. 1665.
H. in aggeribus ſiccis am Wege gegen den Weinberg, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Pani-

Panicula coarctata in ſpicam; ramuli tamen ſatis longi, qui tempore floreſcendi diſtenduntur. Spiculae teretes, minores quam in congeneribus, triflorae, quadriflorae. Floſculi baſi, etiam diſco, piloſi. Ariſtae mediocres, longitudine fere ſpicularum. Folia pagina ſuperiori pilis albis mollisſimis obſita. Pabulum pecoribus bonum.

93. A. (*flaueſcens*) panicula laxa, calyc. trifloris breuibus, floſc. omnibus ariſtatis. Gelber Hafer.

H. am Elbdamme, et alibi paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

94. A. (*pratenſis*) ſubſpicata, calyc. quinquefloris. Wieſenhafer.

H. in ſiccis auf dem Anger beym Zeizer Buſche, et alibi. Fl. Iunio.

Ariſtae longae nigrae.

34. ARVNDO. Schilf; Rohr.

Cal. 2-valuis. *Floſculi* congeſti, lana cincti.

95. A. (*Phragmites*) calyc. quinquefloris, panicula laxa. Rohrſchilf.

H. in foſſis et ſtagnis vbique. Fl. Auguſto.

Culmis vtuntur gypſarii ad tecta incruſtanda. Pecoribus nocet. *Schreb.*

96. A. (*epigeios*) calyc. vnifloris, panicula erecta, foliis ſubtus glabris. Bergſchilf.

H. am Zeizer Buſche. Fl. Iulio.

Corollae ariſtatae.

97. A. (*calamagroſtis*) calyc. vnifloris, laeuibus, corollis lanuginoſis, culmo ramoſo. Wieſenſchilf.

H. im Kuhwerder bey der Elbe. Fl. Iulio, Auguſto.

98. A. (*arenaria*) calyc. vnifloris, fol. inuolutis mucronato-pungentibus. Sandſchilf.

H. in arenoſis gleich beym Schloſſe Friederikenberg. Fl. Iunio.

Huc adlata planta, vt ferunt, ex Ieueria, iam permanet: caeteroquin in noſtris regionibus nondum viſa. Ad arenam mobilem coërcendam facit.

35.

d. *Spicati, receptaculo ſubulato.*

35. TRITICVM. Weizen.

Cal. 2-valuis, ſolitarius, ſubtriflorus. *Flos* obtuſiuſculus, acutus.

99. T. (*repens*) calyc. quadrifloris ſubulatis acuminatis, fol. planis. Queckweizen; Quecken.
H. in agris, hortis, verſuris vbique. Fl. Iulio.
Offic. GRAMINIS Radix. Virtute ſaponacea gaudet, qua in glandulis et viſceribus obſtructis reſerandis praeſtantiſſima. *Vog.* Agricolis inuiſum.

36. HORDEVM. Gerſte.

Cal. lateralis, biualuis, vniflorus, ternus.

100. H. (*murinum*) floſculis lateralibus maſculis ariſtatis, inuolucris intermediis ciliatis. Mäuſegerſte. Varietas β. Gramen ſpicatum ſecalinum minus. Vaill. pariſ. 83. Wildes Korn.
H. α. auf dem Schloßhofe; ad vias et ſepes frequens; β. in verſuris gegen den Weinberg, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.
Varietas β. duplo anguſtior, altior, erectior et magis fuſca.

37. ELYMVS. Haargras.

Cal. lateralis, 2-valuis, aggregatus, multiflorus.

101. E. (*caninus*) ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis inuolucro deſtitutis; infimis geminis. Hundsweizen.
H. inter virgulta beym erſten Teiche in der Lindenallee; ad ſepes paſſim. Fl. Iulio.
Multum ſimilis Tritico repenti: ſed radix fibroſa, nec repens vaginoſa, vt in illo. Locuſtae ariſtatae, ariſtis ſpicula ſua multo longioribus.

38. LOLIVM. Lülch; Lolch.

Cal. 1-phyllus, fixus, multiflorus.

102. L. (*perenne*) ſpica mutica, ſpiculis compreſſis multifloris. Raygras der Engländer.

H.

H. ad vias, verſuras vbique. Fl. aeſtate.
Multum aliquot abhinc annis, vt pabulum praeſtans, in ſcriptis oeconomorum commendatum eſt: ſed eſt durum et humile, nec a pecoribus libenter comeditur, niſi ab equis.

103. L. (*temulentum*) ſpica ariſtata, ſpiculis compreſſis multifloris. Taumelluſch.
H. in agris inter ſegetes frequens. Fl. Iunio.
Vitium hordei in primis: nam aſſumtum in cereuiſia temulentos facit homines et caput tentat. Mitius in pane. *Linn.*

39. CYNOSVRVS. Kammgras.

Cal. 2-valuis, multiflorus; *Receptaculum* proprium vnilaterale, foliaceum.

104. C. (*criſtatus*) bracteis pinnatifidis. Geſiedertes Kammgras.
H. ad vias gegen den Weinberg, et alibi, frequens. Fl. Iunio.
Ab ouibus libenter comeditur. *Schreb.*

TRIGYNIA.

40. HOLOSTEVM, Spurre.

Cal. 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis, ſubcylindracea, apice dehiſcens.

105. H. (*vmbellatum*) floribus vmbellatis. Ackernägleingras.
H. ad vias im Schloßgarten, et alibi, frequens. Fl. Aprili, Maio.

41. MONTIA. Montien.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* 1-petala, irregularis. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis.

106. M. (*fontana*).
H. in riuulis ex editis arenoſis defluentibus unterhalb Gödniz. Fl. Maio.

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores monopetali, monoſpermi, ſuperi.* Aggregatae.

42. DIPSACVS. Karten.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* ſuperus. *Recept.* paleaceum.

107. D. (*fullonum*) foliis ſeſſilibus ſerratis. Kartendiſtel; Karten.

H. am Elbdamme, et alibi in aggeribus et ad vias, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Varietas huius eſſe creditur Dipſacus ſatiuus, qui eſt paleis recuruatis: hoc vtuntur fullones ad tibialia aliaque praeparanda.

108. D. (*piloſus*) foliis petiolatis appendiculatis.

H. am Damme gegen Walternienburg, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

43. SCABIOSA. Scabioſe.

Cal. commun. polyphyllus; *proprius* duplex ſuperus. *Recept.* paleaceum ſ. nudum.

109. S. (*Succiſa*) corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis; foliis lanceolato-ouatis. Teufels Abbiß.

H.

H. in ſubhumidis gegen Friederikenberg paſſim. Fl. Iulio.
Offic. MORSVS DIABOLI Radix; Herba. Radicis virtus traumatica. Ad gargariſmos, in primis in anginis, et ad cataplasmata uſurpatur. *Vog.* Folia tingunt lanas viridi colore. *Linn.*

110. S. (*aruenſis*) corollulis quadrifidis radiantibus, fol. pinnatifidis inciſis, caule hiſpido. Apoſtemkraut; Ackerſcabioſe.

H. ad margines agrorum um Colphus; um Gnadau, et alibi, frequens. Fl. Iunio.
Offic. SCABIOSAE Radix, Flores. In pectoris morbis enixe laudata a Boerhaauio. Qualitas debilis. *Linn.*

111. S. (*columbaria*) corollulis quinquefidis radiantibus, fol. radicalibus ouatis crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis. Scabioſe mit ſchmalen geſiederten Blättern.

H. in aridis editis hinter Tochheim; auch auf trockenen Reinen hinter Gnadau. Fl. Iunio et ſeqq.
Color caeruleus.

112. S. (*ochroleuca*) corollulis quinquefidis radiantibus, foliis bipinnatis linearibus. Gelbe Scabioſe.

H. in verſuris ſiccis gegen Zeiz und um Gnadau und Döben, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

b. *Flores monopetali, monocarpi, inferi.*

44. PLANTAGO. Wegerich.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 4-fida; limbo reflexo. *Stamina* longiſſima. *Capſ.* 2-locularis, circumſciſſa.

113. P. (*maior*) fol. ouatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. Wegebreit mit glatten Blättern; breiter Wegerich.

H. in hortis, ad vias vbique. Fl. Iunio et ſeqq.
Offic. PLANTAGINIS Radix, Herba, Semina. Contra tabem vtiliter datur vel ſuccus vel decoctum. Vlcera ſanat qualiacumque. Semina in Dyſenteria laudantur. *Vog.*

114. P. (*media*) fol. ouato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. Wegerich mit rauhen Blättern.

H. in ambulacris hortorum, ad vias, vbique. Fl. Maio, Iunio.

Antherae violaceae. Semina auiculis gratum pabulum.

115. P. (*lanceolata*) fol. lanceolatis, ſpica ſubouata nuda, ſcapo angulato. Spitziger Wegerich.

H. ad vias, agros, copioſe. Fl. Maio.

Radix praemorſa eſt. Succus foliorum in recentibus vulneribus prodeſt. Caeterum eaedem vires, ac P. maioris.

116. P. (*maritima*) fol. ſemicylindraceis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. Meerwegerich.

H. in ſabuloſis im Kuhwerder, auch bey Döben auf dem Anger. Fl. aeſtate.

Antherae luteae. Folia baſi parum lanata in noſtris inuenta.

117. P. (*coronopifolia*) fol. linearibus dentatis, ſcapo tereti.

H. in arenoſis humidis bey Döben. Fl. aeſtate.

Spica ante floreſcentiam nutans.

118. P. (*Pſyllium*) caule ramoſo herbaceo, fol. ſubdentatis recuruatis, capitulis aphyllis. Flöhkraut.

H. in arenoſis hinter Monplaiſir copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. PSYLLII Semen. Mucilago ex ſeminibus aqua calida extracta lubricat et conſolidat: vnde in fiſſuris papillarum, ad ambuſta et ardores oculorum confert illita. *Vog*. Caules diffuſi villoſi; folia viſcida.

c. *Flores monopetali, monocarpi, ſuperi.*

45. SANGVISORBA. Wieſenknopf; Sperbenkraut.
Cal. 2-phyllus. *Germen* inter calycem corollamque.

119. S. (*officinalis*) ſpicis ouatis. Blutkraut; Biebernell; Pimpinelle.

H. in pratis über der Elbe hinter Grånberg frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. PIMPINELLAE ITALICAE Radix. Radix vulneraria et tonica. Ad dyſenteriam et pulmonum vlcera laudatur. Pecori pabulum gratum et ſalutare praebet.

d. *Flores monopetali, dicocci, ſuperi.* Stellatae.

46. GALIVM. Labkraut; Meyerkraut.

Cor. 1-petala, plana. *Sem.* 2, ſubrotunda.

120. G. (*paluſtre*) fol. quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffuſis. Waſſermeyerkraut.

H. ad foſſas am Gnez et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

121. G. (*vliginoſum*) fol. ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis; corollis fructu maioribus. Sumpfmeyerkraut.

H. in turfoſis an der Ruthe gegen die Poleymühle; auf Ranies, et alibi. Fl. Iunio.

Pericarpia glabra.

122. G. (*ſpurium*) fol. ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. Unächter Klebrich.

H. in campis gegen die Windmühlen, et alibi. Fl aeſtate.

Affine G. Aparines, ſed minus. Spec. Pl. p. 154. In agris montoſis et aſperis vbique occurrit ſeminibus minus aſperis maioribus et teſticulatis, ſupinum et per terram ſtratum; inquit Ruppius Ien. p. 5. Notandum tamen, eandem plantam modo fructibus glabris modo hiſpidis apparere.

123. G. (*verum*) fol. octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. Gelbes Meyerkaut; Labkraut; unſerer Frauen Bettſtroh.

H. ad vias et verſuras vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. GALLII LVTEI Herba. Antherae defloratae fiunt fuſcae. Comae coagulo miſcentur pro caſeis conficiendis. Epilepticis et Hyſtericis in Gallia praeſcribitur. *Linn.*

124. G. (*Mollugo*) fol. octonis ouato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Weiſſes Meyerkraut.

H. ad verſuras am Wege gegen den Weinberg, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Caulis anguloſus glaber. Flores albi.

125. G. (*boreale*) fol. quaternis lanceolatis trineruiis glabris, caule erecto, ſem. hiſpidis.

H. in pratis, wo man nach Kleinroſenburg geht. Fl. Maio, Iunio.

Radicibus lanae tinguntur rubrae.

126. G. (*Aparine*) fol. octonis lanceolatis, carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fruct. hiſpidis. Klebrich; Zaunreiß.

H. in ſepibus, cultis, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Ad diſcutiendas ſtrumas cum axungia tritam laudant. *Vog.*

47. ASPERVLA. Meyerkraut; Waldmeiſter.

Cor. 1-petala, infundibuliformis. *Semina* 2, globoſa.

127. A. (*odorata*) fol. octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. Wahrer Waldmeiſter; Sternleberkraut.

H. im Zeizer Buſche, rarius. Fl. Maio, Iunio.

Offic. MATRISYLVAE Herba. Odor ſuaueolens. Pellit inſecta et acaros. *Linn.* Vrinam mouet, et expellit exanthemata. *Vog.* Cereuiſiae et vino ſaporem gratum conciliat. Flos tubuloſus: ſemina lappacea.

128. A. (*aruenſis*) fol. ſenis, flor. ſeſſilibus terminalibus aggregatis.

H. in campis vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Folia floralia ciliata, ſupra hiſpida. Fructus glabri.

129. A. (*tinctoria*) fol. linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis.

H. im Buſche bey Breitenhagen. Fl. aeſtate.
Semina laeuia: flos albus: caulis tripedalis. *Hall. Rupp. Ien. p.* 8. Radices ad lanas rubro colore, inficiendas adhibentur. *Linn.*

130. A. (*laeuigata*) fol. quaternis ellipticis eneruiis laeuiuſculis, pedunc. diuaricatis trichotomis, ſem. ſcabris. Galium rotundifolium. *Sp. Pl.* 156. Aſperula rotundifolia. *Mant. p.* 330.
H. vltra term. Fl. Barb. in ſyluis bey Nöbliz. Fl. Iunio.

48. SCHERARDIA. Scherarde.

Cor. 1-petala, infundibuliformis. *Semina* 2, tridentata.

131. S. (*aruenſis*) fol. omnibus verticillatis, floribus terminalibus.
H. in verſuris bey Gnadau; in editis bey Tochheim, frequens. Fl. Iunio et ſeqq.

e. *Flores tetrapetali ſuperi.*

49. CORNVS. Härtern.

Inuolucrum 4-phyllum faepius. *Petala* ſupera 4. *Drupa* nucleo 2-loculari.

132. C. (*maſcula*) arborea, vmbellis inuolucrum aequantibus. Corneliuskirſchen; Hürrlizchenbaum.
H. in ſepibus im Schloßgarten und in Gnadau. Fl. Martio, nonnunquam iam Februario.
Drupa eſculenta, roborans. *Loeſecke.* Frutex ad ſepes et opera topiaria.

133. C. (*ſanguinea*) arborea, cymis nudis, ramis rectis. Hartreder; Härtern; Hartriegel.
H. im Gnez et alibi, copioſe. Fl. Maio.
Lignum duriſſimum tornatoribus acceptum.

f. *Flores incompleti inferi.*

50. ALCHEMILLA. Sinau; Frauenmantel.

Cal. 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

134. A. (*vulgaris*) foliis lobatis.

H

H. iam ſpontanea in horto botanico: ſed in pratis noſtris nondum adhuc inuenta. Fl. Iunio.

Offic. ALCHIMILLAE Radix, Herba. Traumatica eſt interno et externo vſu. *Vog.* Folia amaricantia et adſtringentia vſu frequentiore digna videntur. *Gled.*

DIGYNIA.

51. CVSCVTA. Flachsſeide.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 2-locularis.

135. C. (*europaea*) floribus ſeſſilibus.

H. Var. α. am Elbdamme, et alibi in ſepibus et inter linum; Var. β. Epithymum ſ. Cuſcuta minor, in aridis inter Serpyllum am Wege beym Zeizer Buſche. Fl. Iulio.

Offic. CVSCVTAE Herba; item EPITHYMI Herba. Planta paraſitica abſque omni radice contra ſolem volubilis adſcendit plantas, quas emiſſis vaſis exhaurit. Amaroris adſtrictionisque particeps in decocto ventriculum et alia viſcera roborare dicitur. *Vog.* Dubia. *Linn.*

52. APHANES. Frauenmäntelchen; Ohmkraut.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 0. *Semina* 2, nuda.

136. A. (*aruenſis*).

H. in campis gegen Zeiz et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Percepier Anglorum. Eſt aperiens, vrinam excitat: menſtrua retenta prouocat. *Boerh.* Variat piſtillo vnico.

TETRAGYNIA.

53. SAGINA. Maſtkraut.

Cal. 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 1-locularis, 4-valuis, polyſperma.

137. S. (*procumbens*) ramis procumbentibus. Vogelkraut mit Grasblättern.

H. auf dem Anger, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Variat floribus corollatis et apetalis.

54. POTAMOGETON. Samkraut.

Cal. o. *Petala* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4.

138. P. (*natans*) fol. oblongo-ouatis petiolatis natantibus. Samkraut mit geſtielten Blättern.

H. in ſtagnis am Wege nach Pömelte, et alibi frequens. Fl. Iunio.

Aquas piſcibus acceptas reddit. *Linn.*

139. P. (*perfoliatum*) fol. cordatis amplexicaulibus. Samkraut mit Durchwachsblättern.

H. in ſtagnis bey Dornburg. Fl. Iunio.

140. P. (*lucens*) fol. lanceolatis planis in petiolos deſinentibus.

H. ſub aqua am Graben von Colphus nach Cyprena copioſe. Fl. Iunio.

Folia venis reticulata, ſtriis obliquis decuſſata, pellucida.

141. P. (*criſpum*) fol. lanceolatis alternis oppoſitisque, vndulatis ſerratis. Krauſſes Samkraut.

H. im Teiche bey Colphus, et alibi, frequens. Fl. Maio.

142. P. (*pectinatum*) fol. ſetaceis parallelis approximatis diſtichis.

H. in foſſis et paludibus gegen Cyprena; auch beym Ausfluß der Nuthe in die Elbe. Fl. Iunio.

143. P. (*puſillum*) fol. linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis baſi patentibus, caule tereti.

H. in paludibus gegen Cyprena, et alibi. Fl. Iunio.

Potamogeton minimum capillaceo folio. Bauh. prodr. 101. Caulis capillaceus et folia capillacea: planta tamen notabilis longitudinis.

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores monopetali, inferi, tetraſpermi.* Aſperifoliae.

55. **ECHIVM.** Natterkopf.

Cor. irregularis, fauce nuda.

144. E. (*vulgare*) caule tuberculato hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor. ſpicatis lateralibus, Wilde Ochſenzunge.

H. in hortis, campis, verſuris, vbique. Fl. Iunio, Iulio. Flores apibus gratiſſimi ſunt.

56. **LITHOSPERMVM.** Steinſamen.

Cor. infundib. fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus.

145. L. (*officinale*) ſem. laeuibus, coroll. vix calycem ſuperantibus, fol. lanceolatis.

H. ad dumeta zwiſchen Klein- und Großroſenburg, rarius. Auch bey Kloſter Lütſchen, (Lietzke;) Rupp. Ien. p. II. Fl. Iunio.

Offic. LITHOSPERMI ſ. Milii ſolis ſemen; ſed fruſtra. *Linn. Vog.*

146. L. (*aruenſe*) ſem. rugoſis, cor. vix calycem ſuperantibus. Schminkwurz.

H. in cultis vbique. Fl. Maio et ſeqq.

Radix recens cutem tingit colore rubro.

57. SYMPHYTVM. Beinwell.

Corollae limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſa radiis ſubulatis.

147. G. (*officinale*) fol. ouato-lanceolatis decurrentibus. Schwarzwurz; Wallwurz; Beinwell.

H. am Elbdamme hinunter frequens. Copioſiſſime in ſaliceto unter dem Kuhwerder, vbi varietas flore purpureo vulgaris. Fl. aeſtate.

Offic. CONSOLIDAE MAIORIS Radix, Herba, Flores. Mucilaginoſa, glutinans primaria, antihaemoptica radix. *Linn.*

58. LYCOPSIS. Wolfsgeſicht; Krumhals.

Corolla tubo incuruato.

148. L. (*pulla*) fol. integerrimis caule erecto, cal. fructeſcentibus inflatis pendulis.

H. ad margines agrorum an der Pfingſtwieſe bey Gnadau, et alibi. Fl. Maio et ſeqq.

149. L. (*aruenſis*) fol. lanceolatis hiſpidis, calyc. floreſcentibus erectis. Bleichblaue wilde Ochſenzunge.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Planta tota hiſpida.

59. ASPERVGO. Scharfkraut.

Cal. fructus compreſſus: lamellis plano-parallelis, ſinuatis.

150. A. (*procumbens*) calyc. fructus compreſſis. Klebkraut mit blauen Blumen.

H. ad muros auf dem Schloßhofe; in der Lindenallee, et alibi. Fl. Maio.

60. CYNOGLOSSVM. Hundszunge.

Cor. infundibuliformis, fauce clauſa fornicibus. *Semina* depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa.

151. C. (*officinale*) ſtaminibus corolla breuioribus, fol. lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus.
H. am Elbdamme; ſonderlich hinter Monplaiſir in arenoſis, copioſiſſime. Fl. Maio, Iunio.
Offic. CYNOGLOSSAE Radix, Herba. Odor plantae virulentus. Internus vſus ſuſpectus. Externe in cataplaſmate ad ambuſta vſurpatur, *Vog*, Non editur a pecoribus, niſi forte a capris,

61. ANCHVSA. Ochſenzünge.

Cor. infundibulif. fauce clauſa fornicibus. *Sem.* baſi inſculpta.

152. A. (*officinalis*) foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis.
H. in ruderatis über der Elbe unter dem Wirthshauſe; hinter Monplaiſir beym alten Dammbruche; copioſe. Fl. Iunio,
Offic. BVGLOSSI Radix, Herba. Corollae primo die rubrae, dein violaceae. Herba tenera primo vere cum olere coquitur. Succus eius cum magno ſucceſſu in Pleuritide datur. *Boerh.* Superflua. *Linn,*

62. MYOSOTIS. Mausöhrlein.

Cor. hypocrateriformis, 5-fida, emarginata; fauce clauſa fornicibus.

153. M. (*ſcorpioides*) ſeminibus laeuibus, foliorum apicibus calloſis. α. Aruenſis, foliis hirſutis. β. Paluſtris, foliis glabris. Vergiß mein nicht.
H. α. in agris, β. ad foſſas, frequens. Fl. aeſtate.
Aruenſis contuſa oculis inflammatis inter duplicatum linteum applicata egregie ſuccurrit. *Vog.*

154. M. (*Lappula*) ſemin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis piloſis. Kleine blaue Hundszunge.
H. ad muros im Paradiſe, et alibi, rarius. Fl. Iunio, Iulio.

b. *Flores monopetali, inferi, angioſpermi.*

63. ANAGALLIS. Gauchheil; Corallenblümlein.

Cor. rotata. *Capſ.* circumſciſſa.

H. In pratis über der Elbe hinter Grünberg frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. PIMPINELLAE ITALICAE Radix. Radix vulneraria et tonica. Ad dyſenteriam et pulmonum vlcera laudatur. Pecori pabulum gratum et ſalutare praebet.

d. *Flores monopetali, dicocci, ſuperi.* Stellatae.

46. GALIVM. Labkraut; Meyerkraut.

Cor. 1-petala, plana. *Sem.* 2, ſubrotunda.

120. G. (*paluſtre*) fol. quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffuſis. Waſſermeyerkraut.

H. ad foſſas am Gnez et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

121. G. (*vliginoſum*) fol. ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fructu maioribus. Sumpfmeyerkraut.

H. in turfoſis an der Ruthe gegen die Poleymühle; auf Ranies, et alibi. Fl. Iunio.

Pericarpia glabra.

122. G. (*ſpurium*) fol. ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. Unächter Klebrich.

H. in campis gegen die Windmühlen, et alibi. Fl. aeſtate.

Affine G. Aparines, ſed minus. Spec. Pl. p. 154. In agris montoſis et aſperis vbique occurrit ſeminibus minus aſperis maioribus et teſticulatis, ſupinum et per terram ſtratum; inquit Ruppius Ien. p. 5. Notandum tamen, eandem plantam modo fructibus glabris, modo hiſpidis apparere.

123. G. (*verum*) fol. octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. Gelbes Meyerkaut; Labkraut; unſerer Frauen Bettſtroh.

H. ad vias et verſuras vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. GALLII LVTEI Herba. Antherae defloratae fiunt fuſcae. Comae coagulo miſcentur pro caſeis conficiendis. Epilepticis et Hyſtericis in Gallia praeſcribitur. *Linn.*

124

124. G. (*Mollugo*) fol. octonis ouato-linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Weiſſes Meyerkraut.

H. ad verſuras am Wege gegen den Weinberg, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Caulis anguloſus glaber. Flores albi.

125. G. (*boreale*) fol. quaternis lanceolatis trineruiis glabris, caule erecto, ſem. hiſpidis.

H. in pratis, wo man nach Kleinroſenburg geht. Fl. Maio, Iunio.

Radicibus lanae tinguntur rubrae.

126. G. (*Aparine*) fol. octonis lanceolatis, carinis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fruct. hiſpidis. Klebrich; Zaunreiß.

H. in ſepibus, cultis, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Ad diſcutiendas ſtrumas cum axungia tritam laudant. *Vog.*

47. ASPERVLA. Meyerkraut; Waldmeiſter.

Cor. 1-petala, infundibuliformis. *Semina* 2, globoſa.

127. A. (*odorata*) fol. octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. Wahrer Waldmeiſter; Sternleberkraut.

H. im Zeizer Buſche, rarius. Fl. Maio, Iunio.

Offic. MATRISYLVAE Herba. Odor ſuaueolens. Pellit inſecta et acaros. *Linn.* Vrinam mouet, et expellit exanthemata. *Vog.* Cereuiſiae et vino ſaporem gratum conciliat. Flos tubuloſus: ſemina lappacea.

128. A. (*aruenſis*) fol. ſenis, flor. ſeſſilibus terminalibus aggregatis.

H. in campis vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Folia floralia ciliata, ſupra hiſpida. Fructus glabri.

129. A. (*tinctoria*) fol. linearibus: inferioribus ſenis; intermediis quaternis, caule flaccido, floribus plerisque trifidis.

H. im Buſche bey Breitenhagen. Fl. aeſtate.
Semina laeuia: flos albus: caulis tripedalis. *Hall. Rupp. Ien. p.* 8. Radices ad lanas rubro colore inficiendas adhibentur. *Linn.*

130. A. (*laeuigata*) fol. quaternis ellipticis eneruiis laeuiuſculis, pedunc. diuaricatis trichotomis, ſem. ſcabris. Galium rotundifolium. *Sp. Pl.* 156. Aſperula rotundifolia. *Mant. p.* 330.
H. vltra term. Fl. Barb. in ſyluis bey Nödliz. Fl. Iunio.

48. SCHERARDIA. Scherarde.

Cor. 1-petala, infundibuliformis. *Semina* 2, tridentata.

131. S. (*aruenſis*) fol. omnibus verticillatis, floribus terminalibus.
H. in verſuris bey Gnadau; in editis bey Tochheim, frequens. Fl. Iunio et ſeqq.

e. *Flores tetrapetali ſuperi.*

49. CORNVS. Härtern.

Inuolucrum 4-phyllum faepius. *Petala* ſupera 4. *Drupa* nucleo 2-loculari.

132. C. (*maſcula*) arborea, vmbellis inuolucrum aequantibus. Corneliuskirſchen; Hürrlizchenbaum.
H. in ſepibus im Schloßgarten und in Gnadau. Fl. Martio, nonnunquam iam Februario.
Drupa eſculenta, roborans. *Loeſecke.* Frutex ad ſepes et opera topiaria.

133. C. (*ſanguinea*) arborea, cymis nudis, ramis rectis. Hartreder; Härtern; Hartriegel.
H. im Gnez et alibi, copioſe. Fl. Maio.
Lignum duriſſimum tornatoribus acceptum.

f. *Flores incompleti inferi.*

50. ALCHEMILLA. Sinau; Frauenmantel.

Cal. 8-fidus. *Cor.* 0. *Sem.* 1.

134. A. (*vulgaris*) foliis lobatis.

H.

H. iam ſpontanea in horto botanico: ſed in pratis noſtris nondum adhuc inuenta. Fl. Iunio.

Offic. ALCHIMILLAE Radix, Herba. Traumatica eſt interno et externo vſu. *Vog.* Folia amaricantia et adſtringentia vſu frequentiore digna videntur. *Gled.*

DIGYNIA.

51. CVSCVTA. Flachsſeide.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 1-petala. *Capſ.* 2-locularis.

135. C. (*europaea*) floribus ſeſſilibus.

H. Var. *α*. am Elbdamme, et alibi in ſepibus et inter linum; Var. *β*. Epithymum ſ. Cuſcuta minor, in aridis inter Serpyllum am Wege beym Zeizer Buſche. Fl. Iulio.

Offic. CVSCVTAE Herba; item EPITHYMI Herba. Planta paraſitica abſque omni radice contra ſolem volubilis adſcendit plantas, quas emiſſis vaſis exhaurit. Amaroris adſtrictionisque particeps in decocto ventriculum et alia viſcera roborare dicitur. *Vog.* Dubia. *Linn.*

52. APHANES. Frauenmäntelchen; Ohmkraut.

Cal. 4-fidus. *Cor.* 0. *Semina* 2, nuda.

136. A. (*aruenſis*).

H. in campis gegen Zeiz et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Percepier Anglorum. Eſt aperiens, vrinam excitat; menſtrua retenta prouocat. *Boerh.* Variat piſtillo vnico.

TETRAGYNIA.

53. SAGINA. Maſtkraut.

Cal. 4-phyllus. *Petala* 4. *Capſ.* 1-locularis, 4-valuis, polyſperma.

137. S. (*procumbens*) ramis procumbentibus. Vogelkraut mit Grasblättern.

H. auf dem Anger, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Variat floribus corollatis et apetalis.

54. POTAMOGETON. Samkraut.

Cal. o. *Petala* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4.

138. P. (*natans*) fol. oblongo-ouatis petiolatis natantibus. Samkraut mit geſtielten Blättern.

H. in ſtagnis am Wege nach Pömelte, et alibi frequens. Fl. Iunio.

Aquas piſcibus acceptas reddit. *Linn.*

139. P. (*perfoliatum*) fol. cordatis amplexicaulibus. Samkraut mit Durchwachsblättern.

H. in ſtagnis bey Dornburg. Fl. Iunio.

140. P. (*lucens*) fol. lanceolatis planis in petiolos deſinentibus.

H. ſub aqua am Graben von Colphus nach Cyprena copioſe. Fl. Iunio.

Folia venis reticulata, ſtriis obliquis decuſſata, pellucida.

141. P. (*criſpum*) fol. lanceolatis alternis oppoſitisue, vndulatis ſerratis. Krauſſes Samkraut.

H. im Teiche bey Colphus, et alibi, frequens. Fl. Maio.

142. P. (*pectinatum*) fol. ſetaceis parallelis approximatis diſtichis.

H. in foſſis et paludibus gegen Cyprena; auch beym Ausfluß der Nuthe in die Elbe. Fl. Iunio.

143. P. (*puſillum*) fol. linearibus oppoſitis alternisque diſtinctis baſi patentibus, caule tereti.

H. in paludibus gegen Cyprena, et alibi. Fl. Iunio.

Potamogeton minimum capillaceo folio. Bauh. prodr. 101. Caulis capillaceus et folia capillacea: planta tamen notabilis longitudinis.

CLAS-

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores monopetali, inferi, tetraſpermi.*
Aſperifoliae.

55. ECHIVM. Natterkopf.

Cor. irregularis, fauce nuda.

144. E. (*vulgare*) caule tuberculato hiſpido, fol. caulinis lanceolatis hiſpidis, flor. ſpicatis lateralibus, Wilde Ochſenzunge.

H. in hortis, campis, verſuris, vbique. Fl. Iunio, Iulio.
Flores apibus gratiſſimi ſunt.

56. LITHOSPERMVM. Steinſamen.

Cor. infundib. fauce perforata, nuda. *Cal.* 5-partitus.

145. L. (*officinale*) ſem. laeuibus, coroll. vix calycem ſuperantibus, fol. lanceolatis.

H. ad dumeta zwiſchen Klein- und Großroſenburg, rarius. Auch bey Kloſter Lütſchen, (Lietzke;) Rupp. Ien. p. 11. Fl. Iunio.

Offic. LITHOSPERMI ſ. Milii ſolis ſemen; ſed fruſtra. *Linn. Vog.*

146. L. (*aruenſe*) ſem. rugoſis, cor. vix calycem ſuperantibus. Schminkwurz.

H. in cultis vbique. Fl. Maio et ſeqq.
Radix recens cutem tingit colore rubro.

57. SYMPHYTVM. Beinwell.

Corollae limbus tubulato-ventricoſus: fauce clauſa radiis ſubulatis.

147. G. (*officinale*) fol. ouato-lanceolatis decurrentibus. Schwarzwurz; Wallwurz; Beinwell.

H. am Elbdamme hinunter frequens. Copioſiſſime in ſaliceto unter dem Kuhwerder, vbi varietas flore purpureo vulgaris. Fl. aeſtate.

Offic. CONSOLIDAE MAIORIS Radix, Herba, Flores. Mucilaginoſa, glutinans primaria, antihaemoptica radix. *Linn.*

58. LYCOPSIS. Wolfsgeſicht; Krumhals.

Corolla tubo incuruato.

148. L. (*pulla*) fol. integerrimis caule erecto, cal. fructeſcentibus inflatis pendulis.

H. ad margines agrorum an der Pfingſtwieſe bey Gnadau, et alibi. Fl. Maio et ſeqq.

149. L. (*aruenſis*) fol. lanceolatis hiſpidis, calyc. floreſcentibus erectis. Bleichblaue wilde Ochſenzunge.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Planta tota hiſpida.

59. ASPERVGO. Scharfkraut.

Cal. fructus compreſſus: lamellis planoparallelis, ſinuatis.

150. A. (*procumbens*) calyc. fructus compreſſis. Klebkraut mit blauen Blumen.

H. ad muros auf dem Schloßhofe; in der Lindenallee, et alibi. Fl. Maio.

60. CYNOGLOSSVM. Hundszunge.

Cor. infundibuliformis, fauce clauſa fornicibus. *Semina* depreſſa, interiore tantum latere ſtylo affixa.

151.

151. C. (*officinale*) ſtaminibus corolla breuioribus, fol. lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus.

H. am Elbdamme; ſonderlich hinter Monplaiſir in arenoſis, copioſiſſime. Fl. Maio, Iunio.

Offic. CYNOGLOSSAE Radix, Herba. Odor plantae virulentus. Internus vſus ſuſpectus. Externe in cataplaſmate ad ambuſta vſurpatur, *Vog.* Non editur a pecoribus, niſi forte a capris.

61. ANCHVSA. Ochſenzünge.

Cor. infundibulif. fauce clauſa fornicibus. *Sem.* baſi inſculpta.

152. A. (*officinalis*) foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis.

H. in ruderatis über der Elbe unter dem Wirthshauſe; hinter Monplaiſir beym alten Dammbruche; copioſe. Fl. Iunio.

Offic. BVGLOSSI Radix, Herba. Corollae primo die rubrae, dein violaceae. Herba tenera primo vere cum olere coquitur. Succus eius cum magno ſucceſſu in Pleuritide datur. *Boerh.* Superflua. *Linn.*

62. MYOSOTIS. Mausöhrlein.

Cor. hypocrateriformis, 5-fida, emarginata; fauce clauſa fornicibus.

153. M. (*ſcorpioides*) ſeminibus laeuibus, foliorum apicibus calloſis. α. Aruenſis, foliis hirſutis. β. Paluſtris, foliis glabris. Vergiß mein nicht.

H. α. in agris, β. ad foſſas, frequens. Fl. aeſtate.

Aruenſis contuſa oculis inflammatis inter duplicatum linteum applicata egregie ſuccurrit. *Vog.*

154. M. (*Lappula*) ſemin. aculeis glochidibus, fol. lanceolatis piloſis. Kleine blaue Hundszunge.

H. ad muros im Paradiſe, et alibi, rarius. Fl. Iunio, Iulio.

b. *Flores monopetali, inferi, angioſpermi.*

63. ANAGALLIS. Gauchheil; Corallenblümlein.

Cor. rotata. *Capſ.* circumſciſſa.

155. A. (*aruenſis*) foliis indiuiſis, caule procumbente. α. Flore phoeniceo. β. Flore coeruleo.

H. α. in hortis et campis vbique; β. in agris bey Zens frequens. Fl. aeſtate.

Offic. ANAGALLIDIS Herba. Euigilat hora 8, obdormit poſt meridiem. Contra Maniam et morſum canis rabidi laudatur. *Boerh.* In hunc vſum nuper denuo valde commendata eſt in ſcriptis periodicis. Sed *Scopoli Flor. Carniol.* plantulae huius tantopere praedicatas vires vix credit.

64. LYSIMACHIA. Lyſimachien; Weiderich.

Cor. rotata. *Capſ.* globoſa, mucronata, 10-valuis.

156. L. (*vulgaris*) paniculata, racemis terminalibus. Groſſer gelber Weiderich.

H. am Elbdamme; im Kuhwerder, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Nulla eſt medica virtute. *Boerh.*

157. L. (*thyrſiflora*) racemis lateralibus pedunculatis. Waſſerweiderich.

H. ad foſſas hinter Walternienburg gegen die Poleymühle. Fl. Iulio.

Corolla partita ad baſin vsque, interiectis dentibus breuiſſimis, apicibus petali fuluo-punctatis. Flores saepius ſexfariam diuiſi.

158. L. (*Nummularia*) fol. ſubcordatis, flor. ſolitariis, caule repente. Pfennigkraut.

H. ad foſſas beym Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. NVMMVLARIAE Herba. Vulneraria eſt interno vſu et externo, et fluxus ſanguinis varios coërcet. *Vog.*

65. PRIMVLA. Schlüſſelblumen.

Inuolucr. vmbellulae. *Corollae* tubus cylindricus, ore patulo.

159. P. (*veris*) fol. dentatis rugoſis. Himmelsſchlüſſel.

H.

H. varietas officinalis, limbo corollarum concauo, beym Weinberge; an der Böſener Mark, et alibi. Fl. Aprili.
Offic. PRIMVLAE VERIS Radix, Herba, Flores. Radix ſuaueolens. Floribus impraegnatur vinum. Herba oleracea in acetariis. Ad cephalalgiam vertiginemque flores in infuſo adhibentur.

66. ANDROSACE. Mannsharniſch.

Inuolucrum vmbellulae. *Corollae* tubus ouatus, ore glanduloſo. *Capſ.* 1-locularis, globoſa.

160. A. (*elongata*) fol. ſubdentatis, pedicellis longiſſimis, corollis calyce breuioribus. Spec. Pl. App. p. 1668.

H. in arenoſis hinter Monplaiſir am Damme, gegen den treugen Buſch. Fl. primo vere.
Altitudo totius plantae duarum vnciarum et vltra. Folia radicalia conferta ouato-oblonga, parum dentata. Caulis nudus pilis breuiſſimis rigidis, vt tota planta, veſtitus. Vmbella pedicellis 5-12, longitudine fere ipſius ſcapi. Inuolucrum vmbellae polyphyllum, foliolis oblongis acutis. Flores albi.

67. HOTTONIA. Hottonen; Waſſerveil.

Corolla hypocrateriformis. *Stamina* tubo corollae impoſita. *Capſ.* 1-locularis.

161. H. (*paluſtris*) pedunculis verticillato-multifloris. Waſſerfeder.

H. in foſſis über der Elbe bey der Ruthe nach Flöz hin, et alibi. Fl. Maio, Iunio.
Herba ſub aqua occultatur; florum ſpica emergit. Capſula ſphaerica: ſemina anguloſa.

68. MENYANTHES. Zottenblume.

Corolla hirſuta. *Stigma* 2-fidum. *Capſ.* 1-locularis.

162. M. (*trifoliata*) foliis ternatis. Fieberklee; Dreyblatt.

H.

H. in pratis vliginoſis gegen die Polenmühle copioſe. Fl. Maio.

Offic. TRIFOLII FIBRINI ſ. AQVATICI Herba. Vermes necat puluis cum infuſo. Radix premente annona pani ſuccedit. Planta caeterum in multis morbis, in primis chronicis, praeſtantiſſima.

69. CONVOLVVLVS. Winde.

Corolla campanulata, plicata. *Stigm.* 2. *Capſ.* 2-locularis; loculis diſpermis.

163. C. (*aruenſis*) fol. ſagittatis vtrimque acutis, pedunculis ſubunifloris. Kleine Winde.

H. in cultis et agris vbique. Fl. Iunio et ſeqq.
Vitium agrorum. Corolla rubro et albo colore variat.

164. C. (*ſepium*) fol. ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis tetragonis vnifloris. Groſſe Winde; Zaunglocke.

H. am Graben im Schloßgarten; in dumetis et ſepibus paſſim. Fl. Iunio, Iulio.
Foliorum margo fuſcus.

70. DATVRA. Stechapfel.

Cor. infundibul. plicata. *Cal.* tubuloſus, angulatus, deciduus. *Capſ.* 4-valuis.

165. D. (*Stramonium*) pericarpiis ſpinoſis, erectis ouatis, fol. ouatis glabris.

H. in ruderatis am Elbdamme; bey Walternienburg, et alibi, frequens. Fl. Iulio.

Offic. DATVRAE Semina. Semen externe narcotico ſcopo commendari ſolet. Interne necat, niſi antidoto, quale acetum eſt, ſuccurratur tempeſtiue. *Veg.*

71. HYOSCYAMVS. Bilſenkraut.

Cor. infundib. obtuſa. *Stamina* inclinata. *Capſ.* operculata, 2-locularis.

166. H. (*niger*) fol. amplexicaulibus ſinuatis, flor. ſeſſilibus.

H. in ruderatis vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Offic.

Offic. HYOSCYAMI Radix, Herba, Semina. Inſigne narcoticum. Folia per ſe vel lacte ſubacta omnes dolores mitigant impoſita. Mures pelluntur proiectis per domum radicibus. Radix et ſemina venena ſunt.

72. VERBASCVM. Königskerze.

Cor. rotata, ſubinaequalis. *Capſ.* 2-locularis, 2-valuis.

167. V. (*Thapſus*) fol. decurrentibus vtrimque tomentoſis, caule ſimplici. Wullkraut.

H. am Elbdamme, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. VERBASCI Herba, Flores. Folia contuſa ſanant recentia vulnera. Decoctum lenit Teneſmum. Radicis decoctum in tuſſi prodeſt.

168. V. (*phlomoides*) fol. ouatis vtrimque tomentoſis; inferioribus petiolatis.

H. in aſperis am ſteilen Elbufer oberhalb Tochheim. Fl. Iunio, Iulio.

Folia ouata, minime cordata, crenata; non decurrentia. Flores intra ſingulas bracteas quatuor, quorum intermedius primum, tum infimus, demum laterales florent. Sp. Pl. p. 253.

169. V. (*Lychnitis*) fol. cuneiformi-oblongis.

H. trans Albim paſſim; bey Dornburg copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Caulis ramoſus. Folia inferiora ouali-oblonga, baſi attenuata; radicalia longe petiolata. Flores albi ſ. flaui. Villi ſtaminum pallidi.

170. V. (*nigrum*) fol. cordato-oblongis petiolatis. Schwarzes Wullkraut.

H. ad viam bey Zerbſt gegen das Friedrichsholz, et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. VERBASCI Radix. Vires vt in V. Thapſo. Planta apibus grata. Caulis adſperſus pilis ramoſis. Flores maiores, quam V. Lychniti; minores quam V. Phlomoidi. Villi ſtaminum purpurei.

171. V. (*phoeniceum*) fol. ouatis nudis crenatis radicalibus, caule ſubnudo racemoſo. Königskerze mit dunkelrothen Blumen.

H.

H. in editis hinter Lochheim gegen Stelby hin; auch hinter Kleinroſenburg nach Aken zu. Fl. aeſtate.

Deſcriptionem completam vide Syſt. Veget. ed. 13. p. 183.

172. V. (*Blattaria*) fol. amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis ſolitariis. Schabenkraut.

H. am Elbdamme; am Graben gegen den Gnez, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Necat animalcula, quae libros corrodunt. *Boerh.*

73. SOLANVM. Nachtſchatten.

Cor. rotata. *Antherae* ſubcoalitae, apice poro gemino dehiſcentes. *Bacca* 2-locularis.

173. S. (*Dulcamara*) caule inermi fruteſcente flexuoſo, fol. ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. Hindſchkraut; Bitterſüß.

H. in ſepibus; in faulen Weiden in der Weidenallee. Fl. Iunio.

Offic. DVLCAMARAE Stipites. Infuſum mundificans ſanguinem praeſtat omni ex lignis exoticis parato. Eximia in febribus phlogiſticis, ſcabie, lochiis ſuppreſſis et rheumatiſmo. *Linn.*

174. S. (*nigrum*) caule inermi herbaceo, fol. ouatis dentato-angulatis, racemis diſtichis nutantibus. Gemeiner Nachtſchatten; Saukraut.

α. S. nigrum vulgatum, foliis ouatis angulatis, acinis nigris. *β.* S. nigrum villoſum, ramis teretibus villoſis, foliis angulatis ſubuilloſis, acinis luteis.

H. *α.* in cultis; ruderatis, vbique; *β.* auf dem Anger bey den Feldern gegen Monplaiſir, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. SOLANI Herba. Planta odore moſchi eſt, in primis var. *β.* Vis repellens et anodyna. Contuſa fronti impoſita capitis dolores lenit. *Vog.* Qualitas viroſa. *Linn.*

74. PHYSALIS. Schlutten; Judenkirſchen.

Corolla rotata. *Stam.* conniuentia. *Bacca* intra calycem inflatum, bilocularis.

175. P. (*Alkekengi*) fol. geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. Gemeine Judenkirſchen.

H. ad muros im Schloßgarten; über der Saale zwiſchen Groß= und Kleinroſenburg copioſe. Fl. Iunio.

Offic. ALKEKENGI Herba, Baccae, Semina. Baccae recentes, ſi ſex ad duodecim pro doſi ſumantur, vt reſoluens et diureticum maxime laudantur. *Loeſecke.*

c. *Flores monopetali, ſuperi.*

75. SAMOLVS. Samoskraut.

Cor. hypocrateriſ. *Stamina* munita ſquamulis corollae. *Capſ.* 1-locularis infera.

176. S. (*valerandi*). Rundblättrige Waſſerpimpinelle.

H. ad piſcinam bey Badez; in foſſis zwiſchen Gnadau und Döben, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

76. CAMPANVLA. Glöcklein.

Cor. campanulata, fundo clauſo valuis ſtaminiferis. *Stigma* 3-fidum. *Capſula* infera, poris lateralibus dehiſcens.

* *Foliis laeuioribus anguſtioribus.*

177. C. (*rotundifolia*) fol. radicalibus reniformibus, caulinis linearibus.

H. im Guez, et alibi, copioſe. Fl. Iunio et ſeqq.

E floribus pigmentum viride paratur. *Linn.* Folia radicalia aeſtate pereunt.

178. C. (*patula*) foliis ſtrictis; radicalibus lanceolato-oualibus panicula patula.

H. am Zeizer Buſche gegen die Felder nach Gnadau zu; auch an der Allee über der Elbe. Fl. aeſtate.

Flores parui. Calyx ad baſin laciniarum vtrimque denticulo liuido. Caules diffuſi.

179.

179. C. (*Rapunculus*) fol. vndulatis; radicalibus lanceolato-oualibus, panicula coarctata. Rapunzel.
H. in gramineis im Gnez, frequens. Fl. Maio, Iunio. Racemus terminalis. Rami ſimiles, breuiores, erecti. Caulis angulatus ſcaber. Folia parum vndulata. Radix primo vere ad acetaria adhiberi poteſt.

180. C. (*perſicifolia*) fol. radicalibus obouatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis ſeſſilibus remotis. Waldglöcklein.
H. in ſyluaticis über der Elbe dem Schloſſe gegen über. Fl. Iulio, Auguſto.

** *Foliis ſcabris latioribus.*

181. C. (*rapunculoides*) fol. cordato-lanceolatis, caule ramoſo, flor. ſecundis ſparſis, calyc. reflexis.
H. in hortis inter olera, in agris frequens. Fl. Iulio. Vitium hortorum.

182. C. (*Trachelium*) caule angulato, fol. petiolatis, calyc. ciliatis, pedunculis trifidis. Neſſelblättriges Glöcklein.
H. in dumetis in Cyprena, et alibi. Fl. Iunio et ſeqq.

183. C. (*glomerata*) caule angulato ſimplici, flor. ſeſſilibus, capitulo terminali. Glöcklein mit aufrechtſtehenden Blumen.
H. in ſiccis gramineis bey der Elbfähre; bey der Gnadauer Windmühle; auf dem Mühlinger Berge. Fl. aeſtate.

d. *Flores pentapetali, inferi.*

77. RHAMNVS. Wegedorn.

Cal. tubuloſus: ſquamis ſtamina munientibus. *Cor.* nulla. *Bacca.*

184. R. (*catharticus*) ſpinis terminalibus, flor. quadrifidis dioicis, fol. ouatis, caule erecto. Wegedorn; Kreuzbeere.
H. im Gnez, et alibi in ſepibus et dumetis, copioſe. Fl. Maio.
Offic. SPINAE CERVINAE Baccae. Tingit cortex

luteo

luteo colore. Baccarum maturarum ſuccus cum alumine eſt ſuccus viridis pictorum. Syrupus baccarum eſt ad cachexiam, hydropem, arthritidem vtilis.

185. R. (*Frangula*) inermis, flor. monogynis hermaphroditis, fol. integerrimis. Schießbeerbaum; Pulverholz.

H. auf der Burg hinter Monplaiſir, et alibi in dumetis. Fl. Maio.

Offic. FRANGVLAE Cortex. Gemmis hibernis deſtituitur. Cortex purgans eximium in hydrope: in obſtipatione boum certa medicina. *Linn.*

78. EVONYMVS. Spulbaum.

Cor. 5-petala. *Capſ.* 5-gona, 5-locularis, 5-valuis, colorata. *Sem.* calyptrata.

186. E. (*europaeus*) flor. plerisque quadrifidis, foliis ſeſſilibus. Pfaffenkäppel; Spindelbaum.

H. im Gnez, et alibi, frequens. Fl. Maio.

Plerique flores et fructus quadifariam diuiduntur: ſed flore primario conuenit cum congeneribus. Lignum rigidiſſimum ad fuſos et colos inſeruit. Fructus necat oues. Carbones rebus delineandis praeſtant corylinis. Frutex ad ſepes viuas eximius. *Linn.*

e. *Flores pentapetali ſuperi.*

79. RIBES. Krausbeere.

Petala 5 et ſtamina calyci inſerta. *Stylus* 2-fidus. *Bacca* polyſperma, infera.

187. R. (*rubrum*) inerme, racemis glabris pendulis, flor. planiuſculis. Johannisbeeren.

H. in dumetis am Elbdamme gegen den Gnez; auch im Gnez. Fl. Aprili.

Offic. RIBIVM RVBRORVM Baccae. Vis refrigerans. Vſus in febribus phlogiſticis, putridis; ſiti, aeſtu. *Linn.*

188. R. (*nigrum*) inerme, racemis piloſis, flor. oblongis. Schwarze Johannisbeeren; Gichtbeeren.

H. im Buſche bey Friederikenberg; auch bey Walternienburg. Fl. Aprili, Maio.

Offic. RIBIS NIGRI Herba, Baccae. Rob in angina praeſtans. Infuſum ſtipitum in febribus exanthematicis et boum febri dyſenterica. Qualitas praeſtans. *Linn.*

189. R. (*Groſſularia*) ramis aculeatis, petiolorum ciliis piloſis, baccis hirſutis. Stachelbeeren.

H. in ſepibus et dumetis, im Gnez, et alibi. Colitur in hortis frequens. Fl. Martio, Aprili.

190. R. (*Vua criſpa*) ramis aculeatis, baccis glabris, pedicellis bractea monophylla. Krauſe Stachelbeeren.

H. in ſepibus bey Calbe, et alibi. Fl. Martio, Aprili.

80. HEDERA. Epheu.

Petala 5, oblonga. *Bacca* 5-ſperma, calyce cincta.

191. H. (*Helix*) fol. ouatis lobatiſque.

H. ad muros im Paradiſe; in den Hecken auſſen im Schloßgarten. Fl. Septembri.

Offic. HEDERAE ARBOREAE Lignum, Folia, Reſina, Baccae. Folia vlceribus impoſita ea exſiccant: aceto macerata clauos pedum ſanant. Praeſtans. *Linn.*

f. *Flores incompleti inferi.*

81. ILLECEBRVM. Nagelkraut; Knorpelblume.

Cal. 5-phyllus, cartilagineus. *Cor.* nulla. *Stigma* ſimplex. *Capſ.* 5-valuis, monoſperma.

192. I. (*verticillatum*) flor. verticillatis nudis, caul. procumbentibus. Nägeleinkraut.

H. in agris arenoſis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg; auch hinter Walternienburg am Fußſteige nach Zerbſt. Fl. Iulio, Auguſto.

Calyx coloratus facit, vt plantula floribus albis eſſe videatur. Hinc forſan diſſenſus ratione petalorum. Hall. Rupp. Ien. p. 99.

82. GLAVX. Milchkraut.

Cal. 1-phyllus. *Cor.* nulla. *Capſ.* 1-locularis, 5-valuis, 5-ſperma.

193. G. (*maritima*). Vogelkraut mit Corianderſamen.
H. ad foſſas bey Döben. Fl. Iunio.
In *Gen. Pl. ed.* 6. p. 114. calyx nullus et corolla campanulata plantulae huic tribuitur. Re vera elegantem habet corollulam albo rubroque variam. Sed quia perſiſtit; dictus eſt calyx. Caeterum habet fortaſſe terra circa *Doeben* aliquid ſalſi ob propinquitatem Salinarum Salzenſium. Hinc Plantago maritima, Glaux maritima, Triglochin maritimum plantae ibi vulgares.

g. *Flores incompleti, ſuperi.*

83. THESIVM. Leinblatt.

Cal. 1-phyllus, cui ſtamina inſerta. *Sem.* vnicum inferum.

194. T. (*alpinum*) racemo foliato, fol. linearibus.
H. in editis aridis hinter Dornburg rechter Hand an der Straſſe nach Burg. Fl. Maio.
Flores communiter quadrifidi et caulis procumbens. Mant. 2. p. 345. Non eſt, amiciſſimo Schrebero monente, planta alpina, ſed in collibus variis, vt in Vogtlandia etiam ipſe vidi, frequens creſcit. Sic etiam Iacquinus Vind. p. 213.

DIGYNIA.

a. *Flores monopetali, inferi.*

84. ASCLEPIAS. Aſclepiade.

Contorta. *Nectaria* 5, ouata, concaua, corniculum exſerentia.

195. A. (*Vincetoxicum*) fol. ouatis baſi barbatis, caule erecto, vmbell. proliferis. Schwalbenwurz.
H. in dumetis in Cyprena, et alibi; paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

 Offic.

Offic. VINCETOXICI ſ. HIRVNDINARIAE Herba, Radix. Exanthemata pellit. *Linn.* Ingreditur radix Eſſentiam alexipharmacam Stahlii et Puluerem Scillae compoſitum. *Loeſecke.*

85. GENTIANA. Enzian.

Cor. monopetala. *Capſ.* 2-valuis, 1-locularis. *Receptac.* 2, longitudinalibus.

196. G. (*Pneumonanthe*) corollis quinquefidis campanulatis oppoſitis pedunculatis, fol. linearibus. Lungenblume.

H. in editis humidis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg linker Hand am Wege. Fl. Septembri, Octobri.

197. G. (*Centaurium*) coroll. quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo, piſtillo ſimplici. Tauſendgüldenkraut. Var. *α.* maior. Var. *β.* Centaurium minus pumilum ramoſiſſimum.

H. *α.* auf Reinen bey Döben, et alibi; *β.* am Graben bey Colphus gegen Cyprena hin, et alibi in humidiuſculis. Fl. Iulio et ſeqq.

Offic. CENTAVRII MINORIS Herba, Flores. Planta amariſſima. Pediculi decocto occiduntur. Cachecticis, Hypochondriacis, Podagrae et morbis quibuscumque ab acido, ſalutaris. *Linn.* Stamina tubo corollae impoſita; antherae ſpirales; ſtylus vnicus: hinc characteri Chironiae in tantum magis reſpondet, quam Gentianae.

b. *Flores incompleti.*

86. SALSOLA. Salzkraut.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* o. *Capſ.* 1-ſperma. *Sem.* cochleatum.

198. S. (*Kali*) herbacea decumbens, foliis ſubulatis ſpinoſis ſcabris, calycibus marginatis axillaribus.

H. in arenoſis an der Elbe hinter Monplaiſir. Fl. aeſtate.

87. CHENOPODIVM. Gänſefuß.

Cal. 5-phyllus, 5-gonus. *Cor.* o. *Sem.* 1, lenticulare, ſuperum.

* *Fo-*

* *Foliis anguloſis.*

199. C. (*Bonus Henricus*) fol. triangulari-ſagittatis integerrimis, ſpic. compoſitis aphyllis axillaribus. Stolzer Heinrich; guter Heinrich.

H. am Stadtthore gegen das Fürſtenhaus, et alibi in ruderatis, copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. BONI HENRICI Herba. Vulneraria eſt et hydragoga, ſi recens oedematibus admoueatur. Radix exhibetur ouibus phthiſicis. Turiones cocti vt Aſparagi eduntur.

200. C. (*vrbicum*) fol. triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis.

H. ad ſepes bey Monplaiſir, et alibi, paſſim. Fl. Auguſto.

201. C. (*rubrum*) fol. cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubfolioſis caule breuioribus.

H. am Hafen bey der Elbe; in ſtagnis exſiccatis an der Elbe hinter Monplaiſir copioſiſſime. Fl. Auguſto.

Offic. ATRIPLICIS SYLVESTRIS Herba. Caules decumbentes. Suibus noxia fertur. Vis dubia: vſus incertus. *Linn.*

202. C. (*murale*) fol. ouatis nitidis dentatis acutis, racemis ramoſis nudis.

H. inter olera im Paradiſe frequens. Fl. Iulio.

Caules patuli. Folia lucida, glabra, argute dentata.

203. C. (*album*) fol. rhomboideo-triangularibus eroſis poſtice integris, ſummis oblongis, racemis erectis.

H. inter ſegetes et olera copioſiſſime. Fl. Auguſto.

Planta matura albicat. Racemi recti, conglobati; ſpicis alternis, ſeſſilibus confertis.

204. C. (*viride*) fol. rhomboideis dentato-ſinuatis, racem. ramoſis ſubfoliatis. Wilde Melde.

H. inter olera vbique. Fl. aeſtate.

Affine nimium C. albo. Caulis viridis, angulis purpuraſcentibus. Folia ramea lanceolata, integerrima,

 vix

vix vno aletroue dente. Racemi filiformes, diuiſi, longi, nudi. Calyces fructus argute pentagoni. Folia tenera vere inter olus recipiuntur.

205. C. (*hybridum*) fol. cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. Neunſpitze; Sautod.
H. inter olera im Paradiſe, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.
Reliquis magis foetet.

206. C. (*glaucum*) fol. ouato-oblongis repandis, racemis nudis ſimplicibus glomeratis. Grauer Gänſefuß; Miſtmelde.
H. am Elbhafen; in Pömelte ad fimeta, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

*** Foliis integris.*

207. C. (*Vuluaria*) fol. integerrimis rhomboideo-ouatis, flor. conglomeratis axillaribus. Stinkende Melde; Bocksfraut.
H. in campis an der kleinen Weidenallee; ad muros am Hofe des Seminarii; et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.
Offic. VVLVARIAE Herba. Hircinum odorem ſpargit. Electuarium hyſtericum Fulleri ex hac planta. Inuſitata, praeſtans. *Linn.*

208. C. (*polyſpermum*) fol. integerrimis ouatis, caule decumbente, cymis dichotomis aphyllis axillaribus. Stauderich.
H. inter olera im Paradiſe, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.
Piſcibus in piſcinis gratiſſima eſca.

209. C. (*maritimum*) foliis ſubulatis ſemicylindricis. *Kali* minus album ſemine ſplendente. C. B. P. p. 289.
H. ad ſalinas in Salze bey den Gradirwerken copioſe. Fl. aeſtate.

88. HERNIARIA, Bruchkraut.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 0. *Stamina* 5, ſterilia. *Capſ.* 1-ſperma.

210. H. (*glabra*) glabra.

H.

H. in arenoſis auf dem Anger; hinter Monplaiſir, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. HERNIARIAE Herba. Contra oculorum caliginem in trageae vel eſſentiae forma laudatur; item ad hernias et calculi morbos. Exoleta, dubia. *Linn.*

89. VLMVS. Ulmbaum; Rüſter.

Cal. 5-fidus. *Cor.* o. *Bacca* exſucca, compreſſo-membranacea.

211. V. (*campeſtris*) fol. duplicato-ſerratis; baſi inaequalibus.

H. in noſtris dumetis et ſylvis vbique. Fl. Aprili.

Offic. VLMI Cortex medius. Cortex in Hydrope laudatur. Puluis foliorum in colicis doloribus prodeſt. Varietas longioribus florum et ſeminum petiolis, Rupp. Ien. p. 330. apud nos frequens eſt, et a noſtris Quitſchen appellatur. Citius creſcit: folia ſunt maiora: lignum non tam durum, ac in altera.

c. *Flores pentapetali, ſuperi, diſpermi.* Vmbellatae.

A. *Inuolucro vniuerſali partialique.*

90. ERYNGIVM. Mannstreu.

Flores capitati. *Receptaculo* paleaceo.

212. E. (*campeſtre*) fol. radicalibus amplexicaulibus pinnato-lanceolatis. Brackdiſtel; Rabendiſtel.

H. auf dem Anger copioſe. Fl. Iulio.

Offic. ERYNGII Radix, Herba. Radix condiri ſolet, et eius turiones more Aſparagi eſculenti ſunt. Puluis foliorum in hydrope commendatur.

91. HYDROCOTYLE. Waſſernabel.

Vmbella ſimplex: *Inuolucro* 4-phyllo. *Petala* integra. *Sem.* ſemiorbiculato-compreſſa.

213. H. (*vulgaris*) fol. peltatis, vmbell. quinquefloris.

H. in humidis gegen die Polčymähle, et alibi trans Albim frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Umbella ſimplex, e centro prolifera. Styli 2 diſtantes.

92. SANICVLA. Sanikel.

Vmbellae confertae, ſubcapitatae. *Fructus* ſcaber. *Flores* diſci abortientes.

214. S. (*europaea*) fol. radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus.

H. im Zeizer Buſche. Fl. Maio, Iunio.

Offic. SANICVLAE Herba. Vulneraria planta inter primarias, omnium conſenſu. *Linn.*

93. HERACLEVM. Heilkraut.

Fructus ellipticus, emarginatus, compreſſus, ſtriatus, marginatus. *Cor.* difformis, inflexo-emarginata. *Inuolucr.* caducum.

215. H. (*Sphondylium*) foliolis pinnatifidis laeuibus, flor. vniformibus. Teutſche Bärenklau.

H. im Schloßgarten am Graben, et alibi, frequens. Fl. Iulio.

In Dyſenteria vtuntur Scani. Caules decorticati a Camſchattis comeduntur. *Linn.* Etiam ſpiritus potabilis e caulibus paratur. *Gmelin.*

94. OENANTHE. Rebendolde.

Floſculi difformes; in diſco ſeſſiles, ſteriles. *Fructus* calyce et piſtillo coronatus.

216. Oe. (*fiſtuloſa*) ſtolonifera, fol. caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis. Waſſerfilipendelwurz.

H. im Graben auf dem Anger, et alibi in foſſis et ſtagnis frequens. Fl. Iunio.

Bouibus noxiam non eſſe, conſtat experimento. *Linn.* Inuolucrum vniuerſale nullum.

95.

95. CAUCALIS. Klettenkerbel.

Cor. radiatae; diſci maſculae. *Pet.* inflexo-emarginata. *Fructus* ſetis hiſpidus. *Inuolucra* integra.

217. C. (*leptophylla*) inuolucro vniuerſali ſubnullo, vmbella bifida, inuolucellis pentaphyllis. Bettlerläuſe.

H. in agris bey Jena. Fl aeſtate.
Deſcriptio Mant. 2. p. 351.

96. DAUCUS. Vogelneſt; Möhre.

Corollae ſubradiatae, omnes hermaphroditae. *Fructus* pilis hiſpidus.

218. D. (*Carotta*) ſem. hiſpidis, petiolis ſubtus neruoſis. Wilde Möhren; Mohrrüben.

H. am Elbdamme, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.
Offic. DAUCI SYLVESTRIS Semina. Accenſetur ſeminibus calidis quatuor minoribus. Singulare eſt, quod in media vmbella ſaepius floſculus imperfectus atro-rubens inueniatur. Daucus ſatiuus ſola cultura differt.

97. TORDYLIUM. Drehkraut.

Cor. radiatae, omnes hermaphroditae. *Fructus* ſuborbiculatus, margine crenatus. *Inuolucra* longa indiuiſa.

219. T. (*maximum*) vmbell. confertis radiatis, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. Groſſes Drehkraut.

H. ad virgulta am Weinberge; auch daſelbſt im Felde. Fl. aeſtate.
Corolla radiata, alba. Deſcriptio completa Mant. 2. p. 350. Planta rarior.

220. T. (*Anthriſcus*) vmbell. confertis, foliolis ouato-lanceolatis pinnatifidis. Klettenkerbel.

H. am Elbdamme, im Gnez, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

 Semi-

Semina aſpera et flores rubentes ab aliis vmbellatis hanc plantam facile diſtinguunt.

98. PEVCEDANVM. Haarſtrang.

Fructus ouatus, vtrimque ſtriatus, ala cinctus. *Inuolucra* breuiſſima.

221. P. (*officinale*) fol. quinquies tripartitis filiformibus linearibus.

H. auf der Hähniſchen Wieſe gegen Grünbe. Fl. Iulio.
Offic. PEVCEDANI Radix. Ad veſicae cruciatus et tuſſim facit; ventrem leniter emollit. *Veg.* Vitium pratorum.

222. P. (*Silaus*) foliolis pinnatifidis, laciniis oppoſitis; inuolucro vniuerſali diphyllo. Roßkümmel.

H. an der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. Iulio.
Folia lanceolata, quaſi carinata. Flores lutei, extus albidi. Caulis angulatus.

99. CONIVM. Schierling.

Inuolucella dimidiata, ſubtriphylla. *Fructus* ſubgloboſus, 5-ſtriatus, vtrimque crenatus.

223. C. (*maculatum*) ſeminibus ſtriatis.

H. am Ellbaume; in ruderatis et cultis, frequens. Fl. Iulio.
Caulis maculatus. Pecora hanc plantam reſpuunt. Sub nomine Cicutae hodie vſurpatur in Hydrope, Cancro aliisque morbis grauibus; vt Stoerkius ex profeſſo docuit.

100. ATHAMANTA. Hirſchwurz.

Fructus ouato-oblongus, ſtriatus. *Petala* inflexa emarginata.

224. A. (*Oreoſelinum*) foliolis diuaricatis. Bergpeterlein.

H. in pratis ſyluaticis hinter der Poleymühle; auch auf der Höhe hinter Tochheim. Fl. Iulio.
Ramuli foliorum angulos obtuſos cum petiolo faciunt. In

Saxo-

Saxoniae ſuperioris officinas inde ab aliquo tempore introducta eſt, vt vrinam mouens et mucum abſtergens. *Vog.* Infuſum in Gonorrhoea profuit. *Schmiedel.*

101. BVPLEVRVM. Haſenöhrlein.

Inuolucra vmbellulae maiora, 5-phylla. *Petala* inuoluta. *Fructus* ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus.

225. B. (*rotundifolium*) inuolucris vniuerſalibus nullis, fol. perfoliatis. Durchwachs.

H. in hortis inter olera paſſim. Fl. aeſtate.

Offic. PERFOLIATAE Semina, Herba. Cum aceto cocta herba et calide adplicata in gangliis curandis prodeſt. Inuolucella ouata mucronata.

226. B. (*tenuiſſimum*) vmbell. ſimplicibus alternis pentaphyllis ſubtrifloris. Kleine Haſenöhrlein.

H. in ſiccis beym Damme am Wege nach Pömelte; auch in der Weidenallee gegen Monplaiſir. Fl. Iulio, Auguſto.

Inuolucrum 3-phyllum, breue. Inuolucella ſetacea, breuia. Vmbellulae axillares, paruae. Flores lutei.

102. SIVM. Merk.

Fructus ſubouatus, ſtriatus. *Inuolucrum* polyphyllum. *Petala* cordata.

227. S. (*latifolium*) fol. pinnatis, vmbella terminali. Waſſerpeterlein; Eppich; Waſſermerk.

H. im Elbwerder, et alibi in foſſis, copioſe. Fl. Iulio.

Nocuiſſe bobus radicem eſam conſtat. *Linn.*

228. S. (*nodiflorum*) fol. pinnatis, vmbellis axillaribus ſeſſilibus. Waſſerpeterlein mit kurzen Blättern.

H. ad paludes unterhalb Gödniz gegen Dornburg zu. Fl. Iunio et ſeqq.

Inuolucrum vniuerſale in hac ſpecie ſaepe deeſt.

229. S. (*Falcaria*) foliolis linearibus decurrentibus connatis. Sichelkraut.

H. bey der Bleichſchenke am Elbdamme; ad margines agrorum et inter ſegetes vbique. Fl. Iulio.

103.

103. SELINVM. Silge; Oelſenich.

Fructus ouali-oblongus, compreſſo-planus, in medio ſtriatus. *Inuolucrum* reflexum. *Petala* cordata, aequalia.

230. S. (*paluſtre*) ſublacteſcens, radice vnica.

H. in alnetis hinter Walternienburg an der Nuthe. Fl. Iulio. Foliolis abſciſſis lac ſufficiens prouenit. Foliola terminalia elongata. Radix feruidiſſima a Lapponibus loco Tabaci maſticatur. *Linn.*

231. S. (*Caruifolia*) caule ſulcato acutangulo, inuolucro vniuerſali euanido, piſtillis fructus reflexis. Roßfenchel; Angelike mit fein getheilten Blättern.

H. in dumetis im Zeizer Buſche, et alibi, frequens. Fl. Iulio.

Poſt deſcriptiones ipſius Linnei Sp. Pl. p. 351. S. N. 12. p. 207. Reygeri Ged. P. 2. p. 61. aliorumque, dubia planta vlterius non eſſe poteſt.

104. ANGELICA. Angelike; Bruſtwurz.

Fructus ſubrotundus, angulatus, ſolidus, ſtylis reflexis. *Corollae* aequales; petalis incuruis.

232. A. (*ſylueſtris*) fol. aequalibus ouato-lanceolatis ſerratis.

H. im Buſche gegen Saalhorn, et alibi in dumetis, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. ANGELICAE SYLVESTRIS Radix, Semen. Radix pertinet ad alexipharmaca, carminatiua, cephalica, vterina. *Loeſecke.* Semina capiti inſperſa pediculos occidunt.

K. *Inuolucris partialibus; vniuerſali nullo.*

105. AETHVSA. Gleiß.

Inuolucella dimidiata, 3-phylla, pendula. *Fructus* ſtriatus.

233. Ae. (*Cynapium*) foliis conformibus. Hundspeterlein.

H. in hortis inter olera frequens. Fl. aeſtate.

Caueant coqui, ne folia loco Apii Petroſelini in cibum adhibeant, cum dementent eſu. Anſeribus deleteria planta eſt. *Linn.*

106. SCANDIX. Kerbel.

Cor. radiata. *Fructus* ſubulatus. *Petala* emarginata. *Floſc.* diſci ſaepe maſculi.

234. S. (*Pecten*) ſemin. roſtro longiſſimo. Nadelkerbel.

H. in agris bey den Windmühlen, et alibi, copioſe. Fl. Maio.

235. S. (*Cerefolium*) ſemin. nitidis ouato-ſubulatis, vmbellis ſeſſilibus lateralibus. Kerbel; Kerbelkraut.

H. ad ſepes im Paradiſe, et alibi, paſſim. Fl. Maio.

Offic. CEREFOLII Herba, Semina. Folia in iuſculis adhibentur. Succus hydropicis, tuſſientibus, haemorrhoidariis ſolatium. *Linn.*

236. S. (*Anthriſcus*) ſemin. ouatis hiſpidis, coroll. vniformibus, caule laeui. Wilder Kerbel mit rauhem Samen.

H. an der Mauer des Schloßhofes, et alibi, paſſim. Fl. Maio.

107. CHAEROPHYLLVM. Kälberkern.

Inuolucrum reflexum, concauum. *Petala* inflexo-cordata. *Fructus* oblongus, laeuis.

237. C. (*ſylueſtre*) caule laeui ſtriato, geniculis tumidiuſculis. Kälberkropf.

H. im Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Maio, Iunio.

Offic. CICVTARIAE Herba. Exoleta, ſuperflua. *Linn.* Indicat ſolum fertile et foecundum.

238. C. (*bulboſum*) caule laeui geniculis tumido, baſi hirto.

H.

H. in dumetis et ad ſepes frequens; im Gnez copioſiſſime. Fl. Iunio.

Caulis ſexpedalis, laeuis, rufo-fuſco-maculatus; inferne ad duo genicula vsque hirſutus. Auſtriaci et Pannones huius radices, antequam cauleſcat, atque herbam teneriam inter prima veris acetaria vſurpant. Rupp. Ien. p. 283.

239. C. (*temulum*) caule ſcabro, geniculis tumidis.

H. am Graben im Schloßgarten, et alibi ad ſepes, frequens. Fl. aeſtate.

Caulis adſperſus punctis purpuraſcentibus et pilis albis patulis. Vmbellae virgines dormientes cernuae. Vmbellulae in medio abortientes.

108. PHELLANDRIVM. Wützerling; Pferdeſamen.

Floſculi diſci minores. *Fructus* ouatus, laeuis, coronatus perianthio et piſtillo.

240. P. (*aquaticum*) foliorum ramificationibus diuaricatis.

H. im Schloßgraben, et alibi in foſſis et ſtagnis copioſiſſime. Fl. Iunio.

Caules ad brachii craſſitiem accreſcunt. Equis lethalis ob curculionem caules inhabitantem. *Linn.* Semen ſingularem famam in Saxonia inferiore nactum eſt ad vulnera, abſceſſus, fracturas. *Vog.*

109. SESELI. Seſel.

Vmbellae globoſae. *Inuolucr.* foliolo vno alteroue. *Fructus* ouatus, ſtriatus.

241. S. (*annuum*) petiolis rameis membranaceis ventricoſis emarginatis.

H. in prato ſyluatico beym Zeizer Buſche; auch am Mühlinger Berge. Fl. Iulio et ſeqq.

Caulis ſpithameus et vltra, ſtriatus. Flores albicanti-ſubuiolacei. Iacq. Vind. p. 225. cuius deſcriptio cum noſtra planta bene conuenit.

110. CICVTA. Wüterich.

Fructus ſubouatus, ſulcatus,

242. C. (*viroſa*) vmbellis oppoſitifoliis, petiolis marginatis obtuſis.
H. in vliginoſis alnetis unterhalb Göbniz, rarius. Fl. Iulio.
Offic. CICVTAE Herba viridis. Foliola oblonga ſerrata. Non homini ſolum; ſed et bobus praeſentaneum eſt venenum. Capris ſalutaris et gratus cibus eſt, ſecundum Lucretium. Emplaſtrum de Cicuta ex hac, non e Conio, parari debet. *Linn.*

c. *Inuolucro nullo; nec vniuerſali, nec partialibus.*

111. CARVM. Carven.

Fructus ouato-oblongus, ſtriatus. *Inuolucr.* 1-phyllum. *Petala* carinata, inflexo-emarginata.

243. C. (*Carui*). Wieſenkümmel.
H. in pratis vbique. Fl. Maio, Iunio.
Offic. CARVI Semina. Radices Paſtinacis delicatiores ſunt in cibo. Folia tenera iuſculis incoquuntur. Semen eſt contra Colicam flatulentam; ventriculum roborat; in Tertiana non flocci faciendum. Culinaris, praeſtans. *Linn.*

112. PASTINACA. Paſtinak.

Fructus ellipticus, compreſſo-planus. *Petala* inuoluta, integra.

244. P. (*ſatiua*) fol. ſimpliciter pinnatis.
H. auf dem Schloßhofe; auf der groſſen Wieſe, et alibi, copioſiſſime. Fl. aeſtate.
Offic. PASTINACAE Radix, Semina. Vitium pratorum apud nos. Radix eſculenta, et ex hac ſatiua orta eſt: ſpontanea tamen pratenſis ſuſpecta habetur. Immo et culta radix diuturno vſu ſyſtema neruoſum laedere creditur. Semen prodeſſe dicitur ad febres tertianas.

113. ANETHVM. Dill.

Fructus ſubouatus, compreſſus, ſtriatus. *Petala* inuoluta, integra.

245.

245. A. (*graueolens*) fructibus compreſſis.

H. inter olera in hortis et campis paſſim. Fl. aeſtate.

Offic. ANETHI Herba, Flores, Semina. Herba condiuntur cucumeres, caſei, olera. Stomachicum eſt et carminatiuum: recens praeſtantius exſiccato. Culinaris, trita, praeſtans. *Linn.*

114. AEGOPODIVM. Strenzel; Gerſch.

Fructus ouato-oblongus, ſtriatus.

246. Ae. (*Podagraria*) fol. caulinis ſummis ternatis. Geißfuß; Wetſcherlewetſch.

H. in den Hecken am Schloßgraben, et alibi ad ſepes et in dumetis copioſe. Fl. Iunio.

Ex herba verno tempore olus paratur.

115. APIVM. Eppich.

Fructus ouatus, ſtriatus. *Inuolucrum* 1-phyllum. *Petala* aequalia.

247. A. (*graueolens*) fol. caulinis cuneiformibus. Sellerie; Waſſereppich.

H. in foſſis bey Kleinmühlingen. Fl. Iulio.

Offic. APII Radix, Herba, Semina. Cultura mitefactum editur: ſylueſtre vero et foetidum noxium eſt. *Linn.* Semen obſtructiones ſoluit. Radix diuretica eſt.

116. PIMPINELLA. Pimpinell; Bibernell.

Fructus ouato-oblongus. *Petala* inflexa. *Stigmata* ſubgloboſa.

248. P. (*ſaxifraga*) fol. pinnatis; foliolis radicalibus ſubrotundis, ſummis linearibus. Bockspeterlein; Pimpinell.

H. in der Lindenallee, et alibi in ſiccis, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. PIMPINELLAE NOSTRATIS Radix, Herba, Semina. Radix humores reſoluit; ſudorem et vrinam mouet aſthmatique et anorexiae auxiliatur; vt in his morbis nihil vtilius infuſione eius, aut eſſentia, aut puluere dari poſſit. *Vog.*

249.

249. P. (*magna*) foliolis omnibus lobatis; impari trilobo.

H. ad aggerem beym Felde an der kleinen Weidenallee am Anger hin, et alibi. Fl. Iulio.

Foliola lobata, ſerrata, quaſi oleo inuncta, venoſa. Petioli compreſſi. Mant. p. 219. Pabulum egregium armentorum.

TRIGYNIA.

a. *Flores ſuperi.*

117. VIBVRNVM. Schwelken; Schlingbaum.

Cal. 5-partitus, ſuperus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 1-ſperma.

250. V. (*Opulus*) fol. lobatis, petiolis glanduloſis. Mehlbaum; Schneeballen.

H. im Gnez, et alibi in dumetis, frequens. Fl. Maio.

Flores laterales cymae ſteriles maiores, ſpecie plenitudinis: hortenſis arbor, huius varietas, ſemper ſterilis. Lignum inſeruit pro pectinibus textorum.

118. SAMBVCVS. Hollunder; Flieder.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 5-fida. *Bacca* 3-ſperma.

251. S. (*Ebulus*) cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis, caule herbaceo. Attich; Niederholder.

H. in ſepibus beym Elbdamme, rarius. Fl. Iunio.

Offic. EBVLI Radix, Folia, Flores, Baccae, Semina. Vis Sambuci nigrae, ſed fortior. Herba horreis immiſſa mures pellere dicitur.

252. S. (*nigra*) cymis quinquepartitis, caule arboreo.

H. ad ſepes bey den Fiſcherhäuſern, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Offic. SAMBVCI Cortex interior, Folia, Flores, Baccae, Semina. Flores Theae inſtar infunduntur et ſunt anodyna, emolliente et diſcutiente virtute praediti.

diti. Arboris vmbra noxia. Gallinas baccae necant. Trita, eximia. *Linn.*

b. *Flores inferi.*

119. ALSINE. Vogelkraut; Hünerdarm.
Cal. 5-phyllus. *Petala* 5, aequalia. *Capſ.* 1-locularis, 3-valuis.

253. A. (*media*) petalis bipartitis, fol. ouato-cordatis.
H. in hortis et cultis vbique. Fl. toto anno.
Antiſcorbutica et phthiſicis ſalutaris eſca aeſtimatur. Folia et ſemina auiculas nutriunt.

120. CORRIGIOLA. Lingenkraut.
Cal. 5-phyllus. *Petala* 5. *Semen* 1, triquetrum.

254. C. (*littoralis*).
H. in arena an der Elbe gegen das Fährhaus; hinter Monplaiſir copioſe. Fl. tota aeſtate.

TETRAGYNIA.

121. PARNASSIA. Parnaſſergras; Einblatt.
Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Nectaria* 5, cordata, ciliata apicibus globoſis. *Capſ.* 4-valuis.

255. P. (*paluſtris*). Weiſſes Leberkraut; Steinblumen.
H. in humidis gegen Stekby hin. Fl. Auguſto.
Offic. HEPATICAE ALBAE Herba, Flores. Contra Cardialgiam coquitur planta cum cereuiſia. Florum nectaria elegantiſſima. Scapum nonnihil contorquet.

PEN-

PENTAGYNIA.

122. LINVM. Flachs.

Cal. 5-phyllus. *Petala* 5. *Capſ.* 5-valuis, 10-locularis. *Sem.* ſolitaria.

256. L. (*vſitatiſſimum*) calycibus capſulisque mucronatis, petalis crenatis, fol. lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. Flachs; Lein.

H. hodie inter ſegetes paſſim. Fl. aeſtate.

Offic. LINI Semina. Oleum in morbis pectoris cochleatim ſumtum valde efficax eſt: externe ad ambuſta vtiliſſimum. *Veg.* Vſus oeconomicus notiſſimus.

257. L. (*catharticum*) fol. oppoſitis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. Purgirflachs.

H. in gramineis beym Zeizer Buſche, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. LINI CATHARTICI Herba. Purgat planta macerata; ſed non ſemper ſine torminibus. Arthriticis conducit. Flores ante antheſin penduli.

258. L. (*Radiola*) foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis.

H. in agris arenoſis humidis zwiſchen Tochheim und Friedenſtenberg; am Wege nach Stekby hin. Fl. aeſtate.

Planta parua duarum triumue vnciarum, ob ramulos plurimos arbuſculam referens.

123. DROSERA. Sonnenthau.

Cal. 5-fidus. *Petala* 5. *Capſ.* 1-locularis; apice 5-valuis. *Sem.* plurima.

259. D. (*rotundifolia*) ſcapis radicatis, fol. orbiculatis.

H. in turfoſis inter ſphagnum paluſtre an der Ruthe gegen die Poleymühle zu. Fl. aeſtate.

Offic. RORIS SOLIS Herba. Flos euigilat hora 9. clauditur hora 12. ante meridiem. *Linn.* Succus ex-

 ſudans

ſudans verrucas clauosque tollere fertur. Ros in foliis denſatus et collectus ab Alchemiſtis aeſtimatur. *Vog.*

124. STATICE. Grasblume.

Cal. 1-phyllus, integer, plicatus, ſcarioſus. *Petala* 5. *Sem.* 1, ſuperum.

260. S. (*Armeria*) ſcapo ſimplici capitato, fol. linearibus. Bergnelke; Meergras; Meernelke.

H. in aridis auf dem Anger gegen Monplaiſir, et alibi, copioſiſſime. Fl. tota aeſtate.

In hortis arenoſis ſata, ornat eos continuis floribus. Varietas maior ad margines agrorum zwiſchen Döben und Mühlingen occurrit.

POLYGYNIA.

125. MYOSVRVS. Mäuſeſchwanz.

Cal. 5-phyllus, baſi adnatus. *Nectaria* 5, ſubulata, petaliformia. *Semina* numeroſa.

261. M. (*minimus*).

H. in agris an der kleinen Weidenallee, et alibi. Fl. Maio.

CLAS-

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

a. *Flores calyculati calyce corollaque inſtructi.*

126. BERBERIS. Sauerdorn; Sauerach.

Cal. 6-phyllus. *Petala* 6; ad vngues glandulis 2. *Stylus* o. *Bacca* 2-ſperma.

262. B. (*vulgaris*) pedunculis racemoſis.

H. in ſepibus bey Salze gleich bey den Gradirwerken. Fl. Maio, Iunio.

Offic. BERBERIDIS Baccae, Cortex, Semen. Vis refrigerans, attenuans, antiputredinoſa, tonica. Vſus in febribus putridis, Cholera, Ictero. Praeſtans. *Linn.* Succus baccarum ſuccedaneum citri. Stipulae vel folia in ſpinas tranſeunt.

b. *Flores ſpathacei ſ. glumacei.*

127. ALLIVM. Lauch.

Cor. 6-partita, patens. *Spatha* multiflora. *Vmbella* congeſta. *Capſula* ſupera.

263. A. (*Scorodopraſum*) caule planifolio bulbifero, fol. crenulatis; vaginis ancipitibus, ſtamin. tricuſpidatis. Wilder Knoblauch.

H. im Gnez, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Corollae purpuraſcentes. Stamina alba. Spatha mucronata. Cum oleribus vere coqui poteſt. Sapor in

 lacte,

lacte, immo et in butyro, percipitur: hinc noſtri hoc allium in paſcuis euellere ſolent.

264. A. (*vineale*) caule teretifolio bulbifero, ſtam. tricuſpidatis. Ackerknoblauch.

H. in verſuris hinter Colphus. Fl. Iulio.

Bulbi acuminati, criniti. Capitulum ſaepius geminum.

265. A. (*oleraceum*) caule teretifolio bulbifero, fol. ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtam. ſimplicibus.

H. cum praecedente; auch im Gnez, et alibi. Fl. Iulio.

Culmus bipedalis et tripedalis, non ſtriatus. Spatha diphylla, longa, ſubulata; valuula altera in folium ſetiforme longiſſimum excurrente. Folia fiſtuloſa.

266. A. (*anguloſum*) ſcapo nudo ancipiti, fol. linearibus canaliculatis, ſubtus ſubangulatis, vmbella faſtigiata.

H. im Kuhwerder copioſe. Fl. Iulio.

Scapus ſuperne parum angulato-ſtriatus. Petala interiora apice patentia, omnia lateribus conniuentia.

267. A. (*Schoenopraſum*) ſcapo nudo adaequante folia teretia ſubulato-filiformia. Graslauch; Schnittlauch.

H. im Kuhwerder copioſe. Fl. Iunio.

Porrum ſectiuum iuncifolium ſeu ſectile in vſu domeſtico notum cum hoc vnum idemque eſſe, docet Linneus Fl. Suec. edit. 2. p. 105. Ipſe plantam in hortum transplantaui, et expertus ſum. In vrina pellenda, diſſoluendo calculo et vlceribus internis laudatur. *Vog.*

c. *Flores nudi.*

128. CONVALLARIA. Mayblume.

Cor. ſexfida. *Bacca* maculoſa, 3-locularis.

268. C. (*maialis*) ſcapo nudo. Mayblumen.

H. in nemoribus über der Elbe bey Grünberg; im Friedrichsholze bey Zerbſt frequens. Fl. Maio.

Offic. LILII CONVALLII Flores. Recentes flores fragran-

fragrantes; ſicci narcotici. Puluis ſternutatorius indè paratur. Baccae in morbis conuulſiuis et ſpaſmodicis prodeſſe dicuntur.

269. C. (*Polygonatum*) fol. alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunc. axillaribus ſubunifloris. Weiſſwurz; Schminkwurz.

H. in nemoribus bey Tochheim über die Poleymühle hin. Fl. Maio.

Offic. SIGILLI SALOMONIS Radix. Planta ſpithamea, vix pedalis. Flores maiores, quam in C. multiflora. Radix inflammationes diſcutit; interne eius decoctum contra tuſſim eſt: ob cosmeticam virtutem celebris.

270. C. (*multiflora*) fol. alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunc. axillaribus multifloris.

H. bey Zerbſt im Friedrichsholze. Fl. Maio.

271. C. (*bifolia*) foliis cordatis, flor. tetrandris. Einblatt; Zweyblatt.

H. in alnetis an der Nuthe hinter Walternienburg. Fl. Maio, Iunio.

129. ANTHERICVM. Spinnenkraut.

Cor. 6-petala, patens. *Capſ.* ouata.

272. A. (*ramoſum*) fol. planis, ſcapo ramoſo, corollis planis, piſtillo recto. Graslilien; weiſſer Wiederthon.

H. im Friedrichsholze bey Zerbſt. Fl. Iunio.

Caulis altus ramoſus.

273. A. (*Liliago*) fol. planis, ſcapo ſimpliciſſimo, coroll. planis, piſtillo declinato. Erdſpinnenkraut.

H. im Buſche bey Friederikenberg, et alibi in editis arenoſis ſterilibus trans Albim. Fl. Maio, Iunio.

Scapus ſaepe ramoſus, perinde ac ramoſi; ſed flores maiores et ſtylus declinatus Liliaginem ab A. ramoſo diſtinguunt.

130. ORNITHOGALVM. Vogelmilch.

Cor. 6-petala, erecta, perſiſtens, ſupra medium patens. *Filamenta* alterna baſi dilatata.

274. O. (*luteum*) ſcapo anguloſo diphyllo, pedunc. vmbellatis ſimplicibus.

H. in ſepibus im Schloßgarten; im Gnez copioſiſſime. Fl. Martio, Aprili.

In annonae caritate bulbi eſculenti ſunt.

275. O. (*minimum*) ſcapo angulato diphyllo, pedunc. vmbellatis ramoſis.

H. in agris am Wege nach Pömelte; auch ad ſepes im Schloßgarten. Fl. Martio, Aprili.

Differt quod minus, et petala habeat acuminatiſſima; praecipue quod pubeſcat, cum O. luteum glabrum ſit.

276. O. (*vmbellatum*) flor. corymboſis, pedunc. ſcapo altioribus, filam. baſi dilatatis. Ackerzwiebel; Stern aus Bethlehem; Sternblume.

H. in gramineis in der kleinen Weidenallee. Fl. Maio.

In hortis, vbi ſemel introductum, difficulter eradicatur. Stercus columbinum care emtum in obſidione Hieroſolymitana. *Linn.*

277. O. (*nutans*) flor. ſecundis pendulis, nectario ſtamineo campaniformi.

H. in ſepibus et gramineis im Schloßgarten. Fl. Maio.

Neapoli innotuit circa 1570. *Linn.*

131. ASPARAGVS. Spargel.

Cor. 6-partita, erecta; petalis tribus interioribus apice reflexis. *Bacca* 3-locularis, 2-ſperma.

278. A. (*officinalis*) caule herbaceo tereti erecto, fol. ſetaceis, ſtipulis paribus.

H. ad margines agrorum bey der kleinen Weidenallee; im Kuhwerder, et alibi, frequens.

Offic. ASPARAGI Radix, Semina. Cultura tranſiit in

in Aſparagum ſatiuum. Sed etiam huius ſpontaneae plantae turiones in vſum culinae a noſtris colliguntur. Radix aperiens eſt. Turiones liberalius comeſti ſanguinis mictum producere poſſunt.

c. *Flores incompleti.*

132. ACORVS. Calmus.

Spadix cylindricus, tectus floſculis. *Cor.* 6-petalae, nudae. *Stylus* nullus. *Capſ.* 3-locularis.

279. A. (*Calamus*).

H. in ſtagnis an der Nuthe bey der Poleymühle copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. CALAMI VVLGARIS Radix. Eſt ſtomachicum et roborans. Radix ſacharo condiri ſolet. Puluериſata aromatum Indicorum ſuccedaneum eſſe poſſet.

133. IVNCVS. Krötengras; Binſen.

Cal. 6-phyllus. *Cor.* 0. *Capſ.* 1-locularis.

* *Culmis nudis.*

280. I. (*conglomeratus*) culmo nudo ſtricto, capitulo laterali.

H. in foſſis gegen Pömelte; an der Nuthe gegen die Poleymühle copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Medulla huius et ſequentium ad lucernas inſeruit. Indicat ſolum ſubtus aquoſum.

281. I. (*effuſus*) culmo nudo ſtricto, panicula laterali.

H. ad foſſas beym Weinberge, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Similis praecedenti: ſed flores non, vt in illo, in capitulum compactum collecti, verum in paniculam effuſi. Ad corbes plectendas vtilis.

282. I. (*inflexus*) culmo nudo, apice membranaceo incuruo, panicula laterali.

H. in humidiuſculis beym Weinberge; bey der Böſener Mark, et alibi, copioſiſſime. Fl. Iulio.

Cis Albim hic eſt vulgatiſſimus; vt trans Albim in vliginoſis I. conglomeratus. A iunco effuſo diſtinguitur panicula laterali longius pedicellata, culmo caneſcente rigidiore, et apice poſt floreſcentiam inflexo.

** *Culmis folioſis.*

283. I. (*articulatus*) fol. nodoſo-articulatis, petalis obtuſis.

H. ad foſſas gegen Colphus, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Articuli foliorum ſentiuntur, ſi folia per digitos ducantur.

284. I. (*bulboſus*) fol. linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis.

H. in paſcuis um Döben, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

Radix aliquantum bulboſa. Corymbus communis et partiales inaequales. Capſulae ouatae, fuſcae, nitidae.

285. I. (*bufonius*) culmo dichotomo, fol. angulatis, flor. ſolitariis ſeſſilibus. Kriechendes Krötengras.

H. in humidis am Graben gegen Cyprena, et alibi. Fl. aeſtate.

286. I. (*piloſus*) fol. planis piloſis, corymbo ramoſo.

H. hinter Dornburg in arenoſis editis. Fl. Iunio.

Flores rufeſcentes.

287. I. (*campeſtris*) fol. planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatisque.

H. in ſterilibus bey Tochheim, et alibi. Fl. Aprili, Maio.

134. PEPLIS. Unächter Portulack.

Perianthium campanulatum, ore 12-fido. *Petala* 6, calyci inſerta. *Capſ.* 2-locularis.

288. P. (*Portula*) flor. apetalis.

H. ad foſſas über der Ruthe nach Flöz zu; et alibi in humidis. Fl. Iulio, Auguſto.

Petalis rarius inſtruitur; vidimus tamen petala, ſed admodum fugacia et non omnia, ſed ſaepius tantum 1, 2, 3.

TRI-

TRIGYNIA.

135. COLCHICVM. Zeitloſen.

Spatha. Cor. 6-partita; tubo radicato. *Capſulae* 3 connexae, inflatae.

289. C. (*auctumnale*) foliis planis lanceolatis erectis. Herbſtblumen.

H. in pratis bey Steuz. Rarior apud nos planta. Fl. vltimo auctumno, ita quidem, vt tantum flos nudus proueniat, fructificatio autem ſequenti vere fiat.

Offic. COLCHICI Radix. Eſt vehemens, et interne purgat cum ſaeuiſſimis ſymptomatibus. Hodie nouis factis experimentis famam in re medica acquiſiuit, vt Conium, Datura, et alia venena putata.

136. TRIGLOCHIN. Salzbinſen.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 3, calyciformia. *Stylus* o. *Capſ.* baſi dehiſcens.

290. T. (*paluſtre*) capſ. trilocularibus ſublinearibus. Salzkraut; Binſengras mit einer langen Aehre.

H. in pratis am ſauren Ziez; bey Gelinde, et alibi. Fl. Iunio.

Boum delicatiſſimum pabulum et condimentum. *Linn.* Radix fibroſa.

291. T. (*maritimum*) capſ. ſexlocularibus ouatis.

H. in paſcuis humidis turfoſis bey Döben. Fl. Iunio. Etiam hoc gramine delectantur boues, vtpote ſalſo. *Linn.*

137. RVMEX, Ampfer; Mengelwurz.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 3, conniuentia. *Sem.* 1, triquetrum.

* *Hermaphroditi; valuulis granulo notatis.*

292. R. (*criſpus*) flor. hermaphr. valuulis integris graniferis, fol. lanceolatis vndulatis acutis. Grindwurz; krausblättrige Mengelwurz.

H.

H. inter olera; am Elbdamme; et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

Decoctum radicis ſcabiem tollit; ſemina contuſa Dyſenteriam. *Linn.*

293. R. (*maritimus*) flor. hermaphr. valuulis dentatis graniferis, fol. linearibus.

H. in humidis an der Stadtmauer bey der hohen Brücke, et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

Radix rubra.

294. R. (*acutus*) flor. hermaphr. valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis acuminatis. Grindwurz; wilde Rhabarbar.

H. im Buſche über der Elbe bey Grünberg, et alibi in humidis, frequens. Fl. Iunio.

Offic. LAPATHI ACVTI Radix, Herba, Semina. Radix eſt ad ſanguinem purificandum. Semina ingrediuntur Eſſentiam antiſcorbuticam. *Loeſecke.* Caulis ſtriatus, folia venoſa longa. Valuularum dentes vtrimque plures, inaequales, longitudine diametri ipſius valuulae.

295. R. (*obtuſifolius*) flor. hermaphr. valuulis dentatis graniferis, fol. cordato-oblongis obtuſiuſculis crenulatis.

H. ad Albim auſſerhalb des Schloßgartens, et alibi, copioſe. Fl. Iulio.

Folia dilutius virentia, interdum maculis rubris notata.

** *Hermaphroditi; valuulis granulo deſtitutis ſ. nudis.*

296. R. (*aquaticus*) flor. hermaphr. valuulis integerrimis nudis, fol. cordatis glabris acutis. Waſſerampfer.

H. in paludibus hinter Monplaiſir; an der Ruthe gegen Flöz, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. HERBAE BRITANNICAE Radix. Vlcera cacoëthica ſanat radix interne et externe vſurpata, tamquam vnicum aſylum magnam famam nuper adepta. Eximia. *Linn.*

297. R. (*ſcutatus*) flor. hermaphr. fol. cordato-haſtatis, caule tereti.
H. ad ſepimentum am Herzogsgarten beym Elbdamme. Fl. aeſtate.
Offic. ACETOSAE ROTVNDIFOLIAE Herba. Vis refrigerans: vſus in ſcorbuto. *Linn.* Forſan olim in horto cultus; nunc ſpontaneus.

*** *Floribus diclinis.*

298. R. (*Acetoſa*) flor. dioicis, fol. oblongis ſagittatis. Sauerampfer.
H. im Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Maio.
Offic. ACETOSAE NOSTRATIS Radix, Herba, Semina. Decoctum et ſuccus expreſſus in febribus et in ſcorbuto praeſtantiſſimus. Praeſtans. *Linn.*

299. R. (*Acetoſella*) flor. dioicis, fol. lanceolato-haſtatis. Kleiner Sauerampfer; Schafampfer.
H. in aridis auf dem Anger, et alibi, frequens. Fl. Maio et ſeqq.

POLYGYNIA.

138. ALISMA. Froſchlöffel.

Cal. 3-phyllus. *Petala* 3. *Sem.* plura.

300. A. (*Plantago*) fol. ouatis acutis, fruct. obtuſe trigonis. Waſſerwegerich.
H. am Teiche bey der Lindenallee, et alibi in foſſis et ſtagnis, copioſe. Fl. Iulio.
Habet vim acrem et penetrantem. *Boerh.* Hinc veſicas admota excitat. Iumentis venenum eſſe dicitur.

301. A. (*Ranunculoides*) fol. lineari-lanceolatis, fruct. globoſo-ſquarroſis.
H. in ſtagnis bey Gommern. Fl. Iulio.
Euigilat circa tempus meridianum, tumque facilius reperitur. *Linn.*

CLAS-

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

139. AESCVLVS. Roßkaſtanie; Keſten.

Cal. 1-phyllus, 5-dentatus, ventricoſus. *Cor.* 5-petala, inaequaliter colorata, calyci inſerta. *Capſ.* 3-locularis.

302. Ae. (*Hippo-Caſtanum*) floribus heptandris.

H. ad plateas vrbis; bey Monplaiſir, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Offic. HIPPOCASTANI cortex. Cortex in numero febrifugorum poſitus eſt; ſed ab aliis ſine effectu repertus. Ad exemplum aliorum quorundam Floriſtarum, vt claſſis paupercula non plane vacaret, recenſere placuit arborem ſpecioſam; licet affirmare non poſſim, eam apud nos ſponte creſcere.

CLAS-

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

140. EPILOBIVM. Weiderich.

Cal. 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* oblonga, infera. *Sem.* pappoſa.

* *Staminibus declinatis.*

303. E. (*anguſtifolium*) fol. ſparſis lineari-lanceolatis, flor. inaequalibus.

H. in ſiccis duris am ſteilen Elbufer oberhalb Tochheim. Fl. Iulio.

Planta ſpecioſa. Radix ſub terra exſerit ſtolones copioſiſſimos albos craſſos et eſculentos. *Linn.* Foliorum infuſum epotum, Ruſſis vſitatum, inebriat. *Gmel.*

** *Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.*

304. E. (*hirſutum*) fol. oppoſitis lanceolatis ſerratis decurrenti-amplexicaulibus. Rauher Schotenweiderich; Weiderichröslein. *α.* Flore magno rubro; *β.* Flore paruo pallido.

H. *α.* in humidis unterhalb Göbniz; *β.* bey den Pröbssümpfen, et alibi. Fl. Iulio.

Folia inaequaliter ſerrata, inferioribus alternis, ſuperioribus oppoſitis. Germen villoſum. Petala ſemibifida.

305.

305. E. (*montanum*) fol. oppoſitis ouatis dentatis. Glatter Schotenweiderich mit weiſſen Blumen.
H. im Zeizer Buſche; bey Tochheim, et alibi. Fl. Iulio.
Caulis molliſſimus rufeſcens. Folia glabra tomento vix conſpicuo. Planta in editis et iuxta foſſas creſcit.

306. E. (*tetragonum*) fol. lanceolatis denticulatis, imis oppoſitis; caule tetragono.
H. ad foſſas bey Colphus, et alibi, frequens. Fl. Iulio.
Folia tenera macula liuida. Summitas adhuc tenella nutans.

307. E. (*paluſtre*) fol. oppoſitis lanceolatis integerrimis, petalis emarginatis, caule erecto. Schmalblättriger Schotenweiderich.
H. in humidis zwiſchen Gödniz und Dornburg. Fl. Auguſto.
Folia obſolete dentata. Siliquae pedunculatae.

141. OENOTHERA. Nachtkerze.

Cal. 4-fidus. *Petala* 4. *Capſ.* cylindrica, infera. *Sem.* nuda.

308. Oe. (*biennis*) fol. ouato-lanceolatis planis, caule muricato-villoſo. Groſſe Weiderichröslein; Spaniſche Rapunzeln.
H. in arenoſis hinter Monplaiſir; auf dem Werder den Schifmühlen gegen über, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.
E Virginia 1614 adlata, *Linn.* In hortis colitur, tumque radices, ad modum Apii graueolentis, in cibos et ad acetaria recipiuntur.

142. VACCINIVM. Heidelbeere.

Cal. ſuperus. *Cor.* 1-petala. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Bacca* 4-locularis, polyſperma.

309. V. (*Myrtillus*) pedunc. vnifloris, fol. ſerratis ouatis deciduis, caule angulato. Blaubeeren.
H. in alneto bey Gommern. Fl. Maio.
Offic. MYRTILLI Baccae. Refrigerant et ad haemoptyſin et ſiſtendos alui fluxus adhibentur. *Vog.*

143.

143. ERICA. Heide.

Cal. 4-phyllus. *Cor.* 4-fida. *Filamenta* receptaculo inſerta. *Antherae* bifidae. *Capſula* 4-locularis.

310. E. (*vulgaris*) antheris ariſtatis, coroll. campanulatis ſubaequalibus calycibus duplicatis, ſol. oppoſitis ſagittatis.

H. trans Albim paſſim; hinter Tochheim copioſiſſime. Fl. Auguſto.

Mel apes ex hàc planta prae reliquis hauriunt: hinc apiaria a noſtris quotannis trans Albim mittuntur, vt inde auctumno melle grauia redeant. Decoctum veſicae calculos comminutos expellere creditum. *Vog.*

TRIGYNIA.

144. POLYGONVM. Knöterich; Wegetritt.

Cal. o. *Cor.* 5-partita, calycina. *Sem.* 1, angulatum.

* Perſicariae *piſtillo bifido, aut ſtamina minus 8.*

311. P. (*amphibium*) flor. pentandris ſemidigynis, ſpica ouata.

H. varietas terreſtris am Elbdamme et alibi; varietas aquatica im Teiche hinter den Baraken, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Var. aquatica ſtaminibus flore breuioribus; terreſtris longioribus. Stupenda metamorphoſis plantae ex ſolo: in ſiccis erecta ſcabra triſtis; in aquoſis natans glabra et laeta. *Linn.*

312. P. (*Hydropiper*) flor. hexandris ſemidigynis, fol. lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. Waſſerpfeffer; Flöhkraut.

H. an der Elbe gegen das Brückthor; im Graben am Gnez, et alibi, copioſiſſime. Fl. Iulio.

 Offic.

Offic. PERSICARIAE Herba. Sapor plantae eſt vrens; vnde guſtu diſtinguitur. Succus et puluis eſt ad purificanda vlcera. *Loeſecke.*

313. P. (*Perſicaria*) flor. hexandris digynis, ſpicis ouato-oblongis, fol. lanceolatis, ſtipulis ciliatis. Pfirſichkraut.

H. in hortis inter olera; in agris ſubhumidis, et alibi, copioſe. Fl. Iulio.

Folia ſubtus tomentoſa. Variat foliis non maculoſis; maculoſis; et ferrum equinum referentibus; etiam floribus albis et rubris. Ad gangraenam ſiſtendam, vlcera repurganda et contra calculum laudatur. *Vog.*

** Polygonum *foliis indiuiſis, floribus octandris.*

314. P. (*auiculare*) flor. octandris trigynis axillaribus, fol. lanceolatis, caule procumbente herbaceo. Wegetritt; Wegegras.

H. auf dem Schloßhofe; in viis, cultis vbique. Fl. Iunio et ſeqq.

Offic. CENTVMNODIAE Herba. Variat pro ratione ſoli admodum magnitudine, item floribus rubris et albis. Vbi aliae plantae in viis pedibus conculcantur, haec laete luxuriat. Semina, praecipue auctumni tempore, a paſſeribus et columbis auide quaeruntur. In ſanguinis profluuiis et ad prolapſus vtiliſſima. In aqua vel vino infunditur. *Vog.*

*** Helxine *foliis ſubcordatis.*

315. P. (*Fagopyrum*) fol. cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis aequalibus. Buchweizen; Heidekorn.

H. in agris arenoſis trans Albim, um Friederikenberg, Flöz, et alibi, frequens; indigena pridem facta. Fl. Iunio, Iulio.

Vſus in culina notiſſimus. Semina, vt reliqua cerealia, habent virtutem lenientem, abſtergentem, temperantem. *Loeſecke.*

316.

316. P. (*Conuoluulus*) fol. cordatis, caule volubili angulato, flor. obtuſatis. Vogelzunge; wildes Heidekorn.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Antherae violaceae. Racemi ex alis. Flores etiam ad baſin pedunculi communis. Folia olerum modo eſculenta.

317. P. (*dumetorum*) fol. cordatis, caule volubili laeui, floribus carinato-alatis. Buſchheidekorn.

H. im Gnez. Fl. aeſtate.

Valuulis ſeminum margine membranaceis albis et caule longius diffuſo diſtinguitur. Antherae albae.

TETRAGYNIA.

145. ADOXA. Biſamkraut.

Cal. 2-fidus, inferus. *Cor.* 4-ſ. 5-fida, ſupera. *Bacca* 4-ſ. 5-locularis, calyce coalita.

318. A. (*Moſchatellina*). Biſamhahnenfuß.

H. im Buſche, wenn man von der Polẏmühle nach Tochheim gehet rechter Hand; auch zwiſchen Göbniz und Dornburg ad alneta. Fl. Martio, Aprili.

Capitulum cubicum. Flores laterales 5-fidi, partium numero quinario. Planta Moſchi odorem ſpargit.

146. PARIS. Einbeere; Wolfsbeere.

Cal. 4-phyllus. *Petala* 4, anguſtiora. *Bacca* 4-locularis.

319. P. (*quadrifolia*).

H. in ſylua hinter Kleinroſenburg. Fl. Aprili, Maio.

Offic. PARIDIS Herba, Radix, Baccae. Narcotica planta. Externe folia contuſa impoſita carbunculos exſtinguunt.

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

147. BVTOMVS. Waſſerliſch.

Cal. o. *Petala* 6. *Capſ.* 6, polyſpermae.

320. B. (*vmbellatus*). Blumenbinſen: Kameelheu.

H. in foſſis et ſtagnis vbique. Fl. Iulio.

Planta ſpecioſa inter carices et typhas eminens et ſtagna decorans.

CLAS-

CLASSIS X.
DECANDRIA.

MONOGYNIA.

148. MONOTROPA. Ohnblatt.

Cal. o. *Petala* 10; horum 5 exteriora baſi excauato-mellifera. *Capſ.* 5-valuis. *Quinta pars numeri quibusdam excluditur.*

321. M. (*Hypopithys*) floribus lateralibus octandris; terminali decandro.

H. in ſyluis extra terminos Fl. Barb. in Brands Heide bey Wieſenburg, et alibi. Fl. aeſtate.

Paraſitica radicum. Odorem ſpargit gratum. Color totius plantae flauus.

149. PYROLA. Wintergrün.

Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Capſ.* 5-locularis, angulis dehiſcens.

322. P. (*rotundifolia*) ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato.

H. paullo vltra terminos Fl. Barb. in ſyluis über Lindau bey Nödliz. Fl. Iunio.

Offic. PYROLAE Herba. Vis corroborans, adſtringens. *Linn.*

323. P. (*minor*) flor. racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis.

H. cum praecedente. Fl. Iunio.
Habitus floris Conuallariae maialis ſimillimus.

324. P. (*ſecunda*) racemo vnilaterali.
H. cum praecedentibus. Fl. Iunio, Iulio.

DIGYNIA.

150. SCLERANTHVS. Knauel.

Cal. 1-phyllus. *Cor.* 0. *Sem.* 2, calyce incluſa.

325. S. (*annuus*) calyc. fructus patulis.

H. in agris frequens. Fl. Iunio. Iulio.
Folia rariora, viridia; floſculi parui; calyces acuti virides.

326. S. (*perennis*) calyc. fructus clauſis. Johannisblut.

H. auf dem Walle bey Zeiz; bey Friederikenberg in arenoſis. Fl. Maio, Iunio.
Folia crebriora incana; floſculi maiores; calyces obtuſiores albeſcentes. Huius radici menſe Iunio adhaeret Coccus Polonicus.

151. CHRYSOSPLENIVM. Gülden Milzkraut.

Cal. 4-ſ. 5-fidus, coloratus. *Cor.* 0. *Capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

327. C. (*alternifolium*) foliis alternis.

H. in humidis bey Stekby und Steuz. Fl. Aprili.
Flos primarius decandrus, reliqui octandri.

152. SAXIFRAGA. Steinbrech.

Cal. 5-partitus. *Cor.* 5-petala. *Capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.

328. S. (*granulata*) fol. caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. Weiſſer Steinbrech.

H.

H. im Zeizer Buſche; auf Reinen bey Döben, et alibi. Fl. Maio.

Offic. SAXIFRAGAE ALBAE Radix, Herba, Flores, Semina. Lithontripticam virtutem habere creditur. Exoleta, infida, ſuperflua. *Linn.*

329. S. (*tridactylites*) fol. caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. Kleiner Steinbrech.

H. auf dem Altan im Schloßgarten. Fl. Aprili, Maio.

153. GYPSOPHILA. Gypskraut.

Cal. 1-phyllus, campanulatus, angulatus. *Petala* 5, ouata, ſeſſilia. *Capſula* globoſa, 1-locularis.

330. G. (*muralis*) fol. linearibus planis, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis.

H. in campis gegen Zeiz, et alibi, frequens. Fl. Auguſto, Septembri.

154. SAPONARIA. Seifenkraut.

Cal. 1-phyllus, nudus. *Petala* 5, vnguiculata. *Capſ.* oblonga, 1-locularis.

331. S. (*officinalis*) cal. cylindricis, fol. ouato-lanceolatis.

H. ad ſepes bey den Gärten der Fiſcherhäuſer; in mera arena trans Albim bey dem Gaſthofe; et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. SAPONARIAE Radix, Herba, Semina. Amariſſima planta. Pulcre abſtergit; coagula bilis et ſanguinis reſoluit. *Vog.*

332. S. (*Vaccaria*) calyc. pyramidatis quinquangularibus, fol. ouatis acuminatis ſeſſilibus.

H. in agris gegen Eikendorf. Fl. Iunio.

155. DIANTHVS. Nelke.

Cal. cylindricus, 1-phyllus; baſi ſquamis 4. *Petala* 5, vnguiculata. *Capſula* cylindrica, 1-locularis.

* *Flores aggregati.*

333. D. (*carthuſianorum*) flor. ſubaggregatis, ſquamis calycinis ouatis ariſtatis tubum ſubaequantibus, fol. trineruiis. Cartheuſernelken; Donnernägelein.
H. ad vias gegen Zeiz, et alibi, copioſe. Fl. Iunio et ſeqq.

334. D. (*Armeria*) flor. aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum aequantibus.
H. in dumetis am Weinberge; im Zeizer Buſche. Fl. aeſtate.

335. D. (*prolifer*) flor. aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ouatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus.
H. trans Salam am Damme oberhalb Groſsroſenburg. Fl. Iulio, Auguſto.

** *Flores ſolitarii, plures in eodem caule.*

336. D. (*deltoides*) flor. ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, coroll. crenatis.
H. in ſiccis am Zeizer Buſche; auch über der Elbe dem Schloſſe gegen über. Fl. Iunio, Iulio.

TRIGYNIA.

156. ARENARIA, Sandkraut.

Cal. 5-phyllus, patens. *Petala* 5, integra. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

337. A. (*trineruia*) fol. ouatis acutis petiolatis neruoſis. Sandkraut mit Wegerichblättern.
H. in der kleinen Weidenallee in hohlen Weiden, et alibi, frequens. Fl. Iunio.
Folia in petiolos deſinentia.

338. A. (*ſerpyllifolia*) fol. ſubouatis acutis ſeſſilibus, coroll. calyce breuioribus.

H.

H. ad vias et muros im Schloßgarten; auf dem Anger, et alibi. Fl. Maio et ſeqq.

Odor oleoſus nauſeoſus.

339. A. (*rubra*) fol. filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. α. Campeſtris; β. marina.

H. α. ad vias auf dem Anger; über der Elbe in Sandfeldern: β. bey Pömelte in via humida. Fl. aeſtate.

Var. β. euigilat mane inter horam 9 et 10; obdormit inter 2 et 3. Eſt foliis pedunculisque pubeſcenti-viſcidis. Calyx tegit dimidiam capſulam.

157. STELLARIA, Meirich.

Cal. 5-phyllus, patens. *Petala* 5, bipartita. *Capſ.* 1-locularis, polyſperma.

340. S. (*nemorum*) fol. cordatis petiolatis, panicula pedunculis ramoſis.

H. trans Albim im Busche bey Grünberg. Fl. Iunio.

A Ceraſtio aquatico probe diſtinguenda, cum quo multum conuenit. *Fl. Suec. p.* 150.

341. S. (*Holoſtea*) fol. lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis.

H. trans Albim in dumetis gegen Dornburg. Fl. Maio.

342. S. (*graminea*) fol. linearibus integerrimis, floribus paniculatis. Sternblume mit Grasblättern.

H. im Gnez, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

343. S. (*vliginoſa*) foliis oblongis acuminatis oppoſitis integerrimis ſeſſilibus, pedunculis ramoſis. (*Non in Linneo.*) *Boehm. Lipſ. n.* 374.

H. in vliginoſis alnetis bey Gommern; auch hinter Walternienburg gegen die Poleymühle. Fl. Maio, Iunio.

158. CVCVBALVS. Taubenkropf.

Cal. inflatus. *Petala* 5, vnguiculata, absque corona ad faucem. *Capſ.* 3-locularis.

344. C. (*bacciferus*) calyc. campanulatis, petalis diſtantibus, pericarpiis coloratis, ramis diuaricatis. Beertragender Hünerdarm.

H. in dumetis im Gnez und am Elbdamme. Fl. Iulio.

345. C. (*Behen*) calyc. ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſ. trilocularibus, coroll. ſubnudis. Wiederſtoß; Schachtkraut.

H. in ſiccis gegen Friederikenberg; um Gnadau; auch vor dem Gnez. Fl. Maio, Iunio.

In Eryſipelate externe vſurpatur a Gotlandis. *Linn.* Vt olus vere, antequam caulescat, in Franconia comeditur.

346. C. (*Otites*) flor. dioicis, petalis linearibus indiuiſis. Ohrlöffeleinkraut.

H. trans Albim in editis ſiccis hinter Tochheim, et alibi, frequens. Fl. Maio et ſeqq.

Floribus hermaphroditicis etiam a nobis ſaepius inuentus. Conf. *Hall. Rupp. Ien. p.* 126.

159. SILENE. Leimkraut.

Cal. ventricoſus. *Petala* 5, vnguiculata; coronata ad faucem. *Capſ.* 3-locularis.

347. S. (*nutans*) petalis bifidis, flor. lateralibus ſecundis cernuis, panicula nutante.

H. in ſylvaticis montoſis gegen Tochheim, rarius; im Friedrichsholze bey Zerbſt frequens. Fl. Maio, Iunio.

348. S. (*noctiflora*) calyc. decemangularibus, dentibus tubum aequantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. Kleblychnis.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, copioſe. Fl. Iunio et ſeqq. vsque in auctumnum.

Cauli frequenter adhaerent inſecta minora emortua, quae ſucco viſcido, quo planta obducitur, implicata ſunt. Florem aeſtate odoratum, auctumno inodorum eſſe, vt Ruppius *Ien. p.* 116. adnotat, nondum obſeruare potui.

349. S. (*Armeria*) flor. faſciculatis faſtigiatis, fol. ſuperioribus cordatis glabris, petalis integris.

H.

H. in hortis inter olera rarius, ſemine procul dubio olim illato. Fl. Maio.

Etiam haec caule eſt viſcido, hinc Muſcipulae nomen, ad quas Ruppius refert *Ien. p.* 125. iure gerere poteſt.

PENTAGYNIA.

160. SEDVM. Zumpenkraut; Fettehenne.

Cal. 5-fidus. *Corolla* 5-petala. *Squamae* nectariferae 5, ad baſin germinis. *Capſ.* 5.

* *Planifolia.*

350. S. (*Telephium*) fol. planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. Bruchwurz.

H. in agris humidiuſculis beym Weinberge; an der Saale gegen Werkleiz, et alibi, frequens. Fl. Auguſto.

Offic. TELEPHII Radix. Folia contuſa externe ad ambuſta adplicata laudantur. Exoleta, inſida. *Linn.*

** *Teretifolia.*

351. S. (*reflexum*) fol. ſubulatis ſparſis baſi ſolutis; inferioribus recuruatis.

H. in montoſis ſiccis bey Friederikenberg. Fl. Iunio.

Colitur in noſtris hortis, et ſub nomine *Tripmadame* ad iuſcula et acetaria adhibetur.

478. N. (*Cataria*) flor. ſpicatis; verticillis ſubpedicellatis, fol. petiolatis cordatis dentato-ſerratis. Katzenmünze.

H. ad muros im Paradiſe, rarius; ad muros beym Schloſſe in Kleinroſenburg, frequens. Fl. Iulio.

Offic. NEPETAE Herba. Felibus planta ſuauiſſima. Amaritudine ſua et odore oſtendit, quod non inefficax ſit.

ſit. Efficax autem eſt ad pellendos menſes et flatus et vermes et aperienda obſtructa viſcera. *Vog.*

209. BALLOTA. Ballote.

Cal. hypocrateriformis, 5-dentatus, 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. crenatum, concauum.

479. B. (*nigra*) fol. cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus acuminatis. Schwarzer Andorn.

H. am Elbdamme ad ſepes, et alibi, copioſiſſime. Fl. aeſtate.

Panacea in morbis pecorum apud Gotlandos. Hyſtericis planta commendanda. *Linn.*

480. B. (*alba*) fol. cordatis indiuiſis ſerratis, calycibus ſubtruncatis.

H. bey der Saalfähre hinter Werkleiz. Fl. aeſtate.

An varietas praecedentis? *Linn.* Ita quidem videtur.

210. MARRVBIVM. Andorn.

Cal. hypocrateriformis, rigidus, 10-ſtriatus. *Corollae* lab. ſup. 2-fidum, lineare, rectum.

481. M. (*vulgare*). dentibus calycinis ſetaceis vncinatis. Weiſſer Andorn.

H. ad vias gegen Cyprena rarius; ad pagos bey Torniz, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. MARRVBII ALBI Herba. Iecur, lienem, thoracem valide purgat. In aſthmate pituitoſo nihil vtilius. *Loeſ. Vog.*

b. *Calyces bilabiati.*

211. SCVTELLARIA. Helmkraut.

Calyx ore integro; poſt floreſcentiam clauſo, operculato.

482. S. (*galericulata*) fol. cordato-lanceolatis crenatis, flor. axillaribus. Fieberkraut.

H.

H. in humidis am Burgwalde an der alten Saale; ad foſſas hinter Dornburg. Fl. Iulio, Auguſto.

483. S. (*haſtifolia*) fol. integerrimis; inferioribus haſtatis, ſuperioribus ſagittatis.

H. im Gnez; bey Cyprena, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

212. THYMVS. Thymian.

Calycis bilabiati faux villis clauſa.

484. T. (*Serpyllum*) flor. capitatis, caulibus repentibus, fol. planis obtuſis baſi ciliatis. Quendel.

H. am Wege gegen Zeiz; in arenoſis trans Albim copioſiſſime. Fl. aeſtate.

Offic. SERPYLLI Herba. Calycis dentes ciliati. Ad primarias Germaniae plantas aromaticas pertinet. Hinc in vertigine, apoplexia ſeroſa, malo hypochondriaco prodeſt. Sumitur in infuſis aquoſis et vinoſis. *Loeſ.* Haec planta, praecipue varietas foliis citri odore, minute conciſa cum aceto vini et ſaccharo, inter acetaria grati ſaporis referri meretur. *Schreb.*

485. T. (*Acinos*) flor. verticillatis, pedunculis vnifloris, caulibus erectis ſubramoſis, fol. acutis ſerratis. Wilde Baſilien; Kleine Bergmünze.

H. in editis bey Jens, et alibi paſſim. Fl. Iulio, Auguſto.

213. PRVNELLA. Braunelle.

Filamenta bifurca; altero apice antherifera. *Stigma* bifidum.

486. P. (*vulgaris*) fol. omnibus ouato-oblongis ſerratis petiolatis.

H. auf dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. PRVNELLAE Herba. Planta vulneraria. Interne decocti ſpecie in ſanguinis profluuiis vſurpatur. In angina inde gargarizationes fiunt. *Vog.*

487. P. (*grandiflora*) α. caerulea, magno flore.

H. in ſiccis an dem Mühlinger Berge. Fl. aeſtate.

Planta humilis, floribus ſpecioſis. A P. vulgari tantum ſaltim differre videtur, quantum P. laciniata.

488.

488. P. (*laciniata*) fol. ouato-oblongis petiolatis; ſupremis quatuor lanceolatis dentatis.

H. in gramineis ad viam in der Gurgel, et alibi, paſſim. Fl. Iunio.

Caulis erectus pedalis. Folia inferiora dentibus ſaepe obſoletis; quatuor ſuperiora lanceolata dentibus maioribus. A P. vulgari tantillum diſtincta.

214. ORIGANVM. Doſten.

Strobilus tetragonus, ſpicatus, calyces colligens.

489. O. (*vulgare*) ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis.

H., in ſyluaticis editis nahe bey Tochheim, rarius. Fl. Iulio.

Offic. ORIGANI VVLGARIS Herba. Lanas colore purpuraſcente induit. *Linn.* Imbecillas partes roborat, obſtructiones aperit, aſthmaticis et ictericis auxiliatur. *Vog.*

215. CLINOPODIVM. Wirbeldoſten.

Inuolucrum multiſetum, verticillo ſubiectum.

490. C. (*vulgare*) capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis.

H. im Zeizer Buſche frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

ANGIOSPERMIA.

a. *Calyces bifidi.*

216. OROBANCHE. Sommerwurz.

Cal. 2-fidus. *Cor.* ringens. *Capſ.* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma. *Glandula* ſub baſi germinis.

491. O. (*maior*) caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus ſubexſertis. Hanſwürger.

H.

H. in agris et ad dumeta hinter Monplaiſir, rarius. Fl. Iunio, Iulio.

b. *Calyces quadrifidi.*

217. EVPHRASIA. Augentroſt.

Cal. 4-fidus, cylindricus. *Capſ.* 2-locularis, ouato-oblonga. *Antherae* inferiores altero lobo baſi ſpinoſae.

492. E. (*officinalis*) fol. ouatis lineatis argute dentatis.

H. beym Zeizer Buſche; um Döben, et alibi. Fl. aeſtate.

Offic. EVPHRASIAE Herba. In viſus debilitate mire laudatur: ſed *Boerhaaue* non aeſtimat. *Vog.*

493. E. (*Odontites*) fol. linearibus, omnibus ſerratis. Brauner Augentroſt.

H. in der Lindenallee; ad margines agrorum copioſe. Fl. aeſtate.

Herba trita in calceos conieſta menſes reprimere traditur. *Linn.*

218. RHINANTHVS. Glitſcher; Hahnenkamm.

Cal. 4-fidus, ventricoſus. *Capſ.* 2-locularis, obtuſa, compreſſa.

494. R. (*Criſta galli*) corollis labio ſuperiore compreſſo breuiore.

H. auf der groſſen Wieſe, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Vitium agrorum peſſimum, quia ſemina pani immixta eum corrumpunt.

219. MELAMPYRVM. Kuhweizen.

Cal. 4-fidus. *Corollae* lab. ſup. compreſſum, margine replicato. *Capſ.* 2-locularis obliqua, hinc dehiſcens. *Semina* 2, gibba.

495. M. (*criſtatum*) ſpicis quadrangularibus, bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis.

H. ad ſyluam hinter Grünberg frequens. Fl. Iulio.

496. M. (*arvenſe*) ſpicis conicis laxis; bracteis dentato-ſetaceis coloratis. Wachtelweizen.

H. in agris bey Zens frequens. Fl. Iunio.

Semina reddunt panem caeruleſcentem et amarum, non tamen noxium. *Linn.*

497. M. (*nemoroſum*) flor. ſecundis lateralibus; bracteis dentatis; ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. Kuhweizen; Tag und Nacht.

H. im Zeizer Buſche, auch bey Grünberg, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Lucos vmbroſos ita exhilarat haec planta pulcherrima, ac ſi aulam ipſius Florae intrares. *Linn.*

498. M. (*pratenſe*) flor. ſecundis lateralibus, foliorum coniugationibus remotis, corollis clauſis.

H. ad marginem ſyluae, wenn man von der Poleymühle nach Tochheim gehet. Fl. aeſtate.

Vbi planta copioſa, ibi butyrum luteum et praeſtans. *Linn.*

499. M. (*ſyluaticum*) flor. ſecundis lateralibus, fol. coniugationibus remotis, corollis hiantibus.

H. in ſyluis vltra term. Fl. Barb. über Lindau bey Mödlitz. Fl. Iunio.

Simile praecedenti: ſed corollae breuiores, limbo hiantes, totae flauae, nec tubo albae.

c. *Calyces quinquefidi.*

220. LIMOSELLA. Sumpfkraut.

Cal. 5-fidus. *Cor* 5-fida, aequalis. *Stamina* per paria approximata. *Capſula* 1-locularis, 2-valuis, polyſperma.

500. L. (*aquatica*) foliis lanceolatis.

H. in inundatis exſiccatis am Damme gegen Colphus; im Graben den Anger hinunter; gegen Gelinde; copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Plantaginella. *Hall. Rupp. Ien. p.* 23. *Tab.* 6.

221.

221. SCROPHVLARIA. Braunwurz.

Cal. 5-fidus. *Cor.* ſubgloboſa, reſupinata. *Capſ.* 2-locularis.

501. S. (*nodoſa*) fol. cordatis trineruatis, caule obtuſangulo.

H. im Gnez, et alibi in dumetis et ad foſſas, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. SCROPHVLARIAE FOETIDAE Radix. Decocto herbae lauantur ſues ſcabioſi. Infuſum eius ſudoriferum in angina vſitatum. *Linn.* Eſt vulneraria, et vulnera in obſidione Rupellenſi non alia planta ſanata. *Vog.*

502. S. (*aquatica*) fol. cordatis obtuſis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. Waſſerbetonien; weiſſer Nachtſchatten.

H. in humidis bey Gödniz. Fl. aeſtate.

Offic. SCROPHVLARIAE AQVATICAE Folia. Vires medicae vt praecedentis. Folia breuiter petiolata, ſuperiora ſeſſilia ſerrata.

222. DIGITALIS. Fingerhut.

Cal. 5-partitus. *Cor.* campanulata 5-fida, ventricoſa. *Capſ.* ouata, 2-locularis.

503. D. (*lutea*) calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis; labio ſuperiore bifido.

H. in ſyluaticis editis nahe bey Tochheim, rarius. Fl. Iunio.

223. ANTIRRHINVM. Orant.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* baſis deorſum prominens, nectarifera. *Capſ.* 2-locularis.

504. A. (*Elatine*) fol. haſtatis alternis, caulibus procumbentibus. Erdwinde.

H. in agris poſt meſſem an der Lindenallee; bey Monplaiſir, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate et auctumno.

Vulneraria eſt. Succus ſalutaris in vetuſtis crurum vlceribus, et in ipſa lepra. *Vog.*

505.

505. A. (*ſpurium*) fol. ouatis alternis, caulibus procumbentibus.

H. cum praecedente rarius. Fl. aeſtate.

506. A. (*minus*) fol. plerisque alternis lanceolatis obtuſis, caule ramoſiſſimo diffuſo.

H. in arenoſis gegen den Friedrichswerder, et alibi in agris, paſſim. Fl. aeſtate.

507. A. (*Linaria*) fol. lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, flor. imbricatis. Harnkraut; Leinkraut.

H. am Elbdamme, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. LINARIAE Herba. Venenata, viroſa, repellens, pellens. Eximia. *Linn.* Vnguentum de Linaria in haemorrhoidibus coecis commendatur. *Loeſ.*

Huc pertinet PELORIA, tamquam Linariae proles hybrida, vel potius tantum Linaria degener. *Corolla* huic regularis, quinquefida, quinquecorniculata, pentandra. Naturae prodigium, inquit Linneus.

H. ad muros zwiſchen dem Schloßgarten und Paradiſe. Fl. aeſtate.

Radicibus ſeſe multiplicat; ſed fructus ſemper abortiunt. Creſcere tamen vidimus in rimis muri perpendicularis, vbi radices vix repere potuerunt. Vidimus etiam, plane vt Schreberus et ipſum vidiſſe mihi per litteras teſtatur, flores Linariae conſuetos et vnum alterumue peloriformem in vna eademque ſtirpe. Quin Schreberus vidit, Peloriam ſenſim in Linariam reduci, et Linariam frequenti transplantatione iterum Peloriam fieri. Referenda ergo erit Peloria ad flores impletos, quorſum olim iam retulit Linneus *Philoſ. Bot. p.* 83.

508. A. (*Orontium*) corollis ecaudatis, flor. ſubſpicatis, calycibus corolla longioribus. Hundskopf; Kalbsnaſe.

H. in agris gegen Zeiz, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. ANTIRRHINI Herba. Venenata planta. *Linn.* Vulgus pro antimagica habet. Capſula dehiſcens refert cranium ſimiae.

224. PEDICVLARIS. Läuſekraut.

Cal. 5-fidus. *Capſ.* 2-locularis, mucronata, obliqua. *Semina* tunicata.

509. P. (*paluſtris*) caule ramoſo, calycibus criſtatis calloſo-punctatis, corollis labio obliquis.

H. in pratis vliginoſis bey Walternienburg, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Offic. PEDICVLARIS AQVATICAE Herba. Vitium pratorum. Eſt virtute abſtergente et vulneraria, quam monſtrat in expurgandis vlceribus ſinuoſis et fiſtulis. Diſtinguitur a P. ſyluatica foliis bipinnatis crenatis; cum huic ſint tantum pinnata crenata.



CLAS-

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

a. *Silicula integra, nec apice emarginata.*

225. DRABA. Hungerblümlein.

Silicula integra, ouali-oblonga; valuis planiuſculis diſſepimento parallelis. *Stylus* nullus.

510. D. (*verna*) ſcapis nudis, foliis ſubſerratis.

H. auf dem Anger copioſiſſime. Fl. Martio, Aprili. Noctu et ad imbres euitandos coma nutat. *Linn.*

226. MYAGRVM. Dotter.

Silicula ſtylo conico terminata; loculo ſubmonoſpermo.

511. M. (*ſatiuum*) ſiliculis obouatis pedunculatis polyſpermis. Leindotter; Flachsdotter.

H. inter ſegetes paſſim; inter linum fere ſemper. Fl. Iunio, Iulio.

Seritur bey Gelinde und Pömelte pro oleo expreſſo, in medicina, culina, oeconomia, vtili. Linicolis inuiſa planta.

512. M. (*paniculatum*) ſiliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugoſis.

H. in agris gegen Pömelte, et alibi, frequens. Fl. Maio et ſeqq.

b. *Silicula emarginata apice.*

227. IBERIS. Iberpflanze.

Cor. irregularis, petalis 2 exterioribus maioribus. *Silicula* polyſperma; emarginata.

513. I. (*nudicaulis*) herbacea, fol. ſinuatis, caule nudo ſimplici. Steinkreſſe.

H. in agris arenoſis trans Albim bey Gödniz, et alibi, copioſe. Fl. Maio, Iunio.

228. ALYSSVM. Alyſſen.

Filamenta quaedam introrſum denticulo notata. *Silicula* emarginata.

514. A. (*incanum*) caule erecto, fol. lanceolatis incanis integerrimis, flor. corymboſis, petalis bifidis. Groß Schildbeſenkraut.

H. am Elbdamme hinter Monplaiſir, et alibi, paſſim. Fl. aeſtate.

Petala alba.

515. A. (*calycinum*) caulibus herbaceis, ſtaminibus breuioribus vtrimque ſetis paruis, calycibus perſiſtentibus. Klein Schildbeſenkraut.

H. in aridis apricis hinter Tochheim; auf dem Mühlinger Berge, et alibi. Fl. Maio et ſeqq.

Stamina in hac ſpecie nulla dentata obſeruauimus. Petala lutea, poſtmodum alba.

516. A. (*montanum*) caulibus herbaceis diffuſis, fol. ſublanceolatis punctato-echinatis.

H. in editis bey Zens. Fl. Aprili, Maio.

Petala lutea. Stamina quatuor apice bifida; duo baſi denticulo.

229. COCHLEARIA. Löffelkraut.

Silicula emarginata, turgida, ſcabra; valuulis gibbis obtuſis.

517.

517. C. (*Coronopus*) fol. pinnatifidis, caule depreſſo.

H. ad vias auf dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Pertinet inter tonicas et leniter adſtringentes plantas, et quae vrinam cient. *Vog.*

518. C. (*Armoracia*) fol. radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. Meerrettig; Kreen.

H. ad foſſas am Elbwerder, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. ARMORACIAE ſ. RAPHANI RVSTICANI Radix: Vſus culinaris notiſſimus. Radix raſa cum aceto lacteque calide infuſa Scorbuticis ſolatium. *Linn.* Mucoſos humores potenter diſſoluit. Succus expreſſus cum ſaccharo ad hydropem facit. *Vog.*

230. LEPIDIVM. Kreſſe.

Silicula emarginata, cordata, polyſperma; valuulis carinatis, contrariis.

519. L. (*ſatiuum*) flor. tetradynamis, fol. oblongis multifidis. Gartenkreſſe.

H. ad muros im Paradiſe; inter olera in hortis, paſſim. Fl. Iunio.

Offic. NASTVRTII HORTENSIS Herba. Vis diuretica, mundificans. Vſus in ſcorbuto, hydrope. Ad acetaria primo vere adhibetur. Praeſtans. *Linn.*

520. L. (*ruderale*) flor. diandris apetalis, fol. radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. Hundeſeig; klein Beſenkraut.

H. am Feldbamme nach Gelinde zu, et alibi ad muros, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Cimices odore graui pellere fertur.

521. L. (*Iberis*) flor. diandris tetrapetalis, fol. inferioribus lanceolatis ſerratis; ſuperioribus linearibus integerrimis.

H. ad muros im botaniſchen Garten, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

231. THLASPI. Täſchelkraut.

Silicula émarginata, obcordata, polyſperma; valuulis nauicularibus, marginato-carinatis.

522. T. (*aruenſe*) ſiliculis orbiculatis, fol. oblongis dentatis glabris. Baurenſenf.

H. in campis gegen Felgeleben, et alibi, paſſim. Fl. Maio, Iunio.

Offic. THLASPEOS Semina. Odor ingratus, alliaceus. Semina cum vino trita, adiecto ſaccharo, ſudorem pellunt et in ſcorbuto proſunt. *Boerh.*

523. T. (*campeſtre*) ſiliculis ſubrotundis, fol. ſagittatis dentatis incanis.

H. ad aggeres argilloſos gegen das Dorf Ruthe am Wege nach Zerbſt. Fl. Maio.

Folia radicalia ſinuato-lyrata, tomentoſa, molliſſima et fere holoſericea.

524. T. (*montanum*) ſiliculis obcordatis, fol. glabris; radicalibus ſubcarnoſis obouatis integerrimis, caulinis amplexicaulibus, corollis calyce maioribus.

H. in ſyluaticis auf Ranies. Fl. Maio.

Corollae ſubaequales. Fructus facieſque Thlaſpeos ab Iberide hanc diſtinguunt.

525. T. (*perfoliatum*) ſiliculis obcordatis, fol. caulinis cordatis glabris ſubdentatis, petalis longitudine calycis, caule ramoſo.

H. in agris arenoſis hinter Walternienburg nach Gehren zu. Fl. Aprili.

Corollae albae, vix calyce maiores. Stamina flore longiora. Silicula Burſae paſtoris.

526. T. (*Burſa paſtoris*) ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. Hirtentaſche; Täſchelkraut.

H. in hortis et agris vbique. Fl. Aprili et indé in auctumnum.

Offic.

Offic. BVRSAE PASTORIS Herba. Commendatur ad nimios fluxus alui, haemorrhoidum, menſium, vtpote virtutis ſubadſtringentis. *Vog.*

232. BISCVTELLA. Doppelſchild.

Silicula compreſſo-plana, rotundata, ſupra infraque biloba. *Calycis* foliola baſi gibba.

527. B. (*coronopifolia*) ſiliculis glabris, fol. dentatis hirtis. *Mant. 2. p. 255.* Baſtartbaurenſenf.

H. in arenoſis ſterilibus trans Albim bey Gödniz, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Folia radicalia lanceolata profunde dentata, dentibus vtrimque 3-6, ſupra infraque valde hirta. Caulina pauca, amplexicaulia, cordato-lanceolata ſeu linearia, parum dentata. Corollae ſaturate luteae. Siliculae laeues, niſi forte margine denticulis minimis.

SILIQVOSA.

a. *Calyx clauſus, foliolis longitudinaliter conniuentibus.*

233. RAPHANVS. Rettig.

Calyx clauſus. *Siliqua* toroſa, ſubarticulata, teres. *Glandulae* melliferae 2 inter ſtamina breuiora et piſtillum, totidem inter ſtamina longiora et calycem.

528. R. (*Raphaniſtrum*) ſiliquis teretibus articulatis laeuibus vnilocularibus. Ackerrettig; Hederich.

H. in noſtris agris paſſim; in agris bey Felgeleben und Salze copioſiſſime. Fl. Maio et ſeqq.

Vitium agrorum hordeaceorum. Pecoribus tamen et viride, et exſiccatum in hiememn adſeruatum, ſalutare pabulum.

234. ERYSIMVM. Hederich.

Siliqua columnaris, exacte tetraëdra. Cal. clauſus.

529. E. (*officinale*) ſiliquis ſpicae adpreſſis; fol. runcinatis. Wegeſenf.

H. auf dem Schloßhofe, et alibi in ruderatis et ad vias, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. ERYSIMI Herba. Interne in infuſo ſumtum validiſſime incidit pituitam in pulmonibus haerentem. *Boerh.*

530. E. (*Barbarea*) fol. lyratis, extimo ſubrotundo. Barbenkraut.

H. ad Albim, wo man nach dem Elbwerder gehet, et alibi, paſſim. Fl. Maio.

Seritur pro acetariis in hortis primo vere vtendis.

531. E. (*Alliaria*) fol. cordatis. Knoblauchskraut.

H. im Gnez, et alibi, copioſiſſime. Fl. Maio.

Offic. ALLIARIAE Herba. Recens trita et impoſita ad gangraenam laudatur. Scordio, ſi non ad manus eſt, ſubſtitui haec poteſt. *Vog.* Exoleta, praeſtans. *Linn.*

532. E. (*Cheiranthoides*) fol. lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis.

H. im Elbwerder, et alibi in dumetis, copioſe. Fl. aeſtate.

Folia plerumque paullisper dentata.

533. E. (*hieracifolium*) fol. lanceolatis ſerratis.

H. ad marginem ſyluae trans Albim dem Schloſſe gegen über, rarius. Fl. Aprili et ſeqq. *Hall. Rupp. Ien. p. 77. nota a.*

Ab Eryſ. cheiranthoide differt ſiliquis longioribus cauli magis approximatis, floribus maioribus.

235. BRASSICA. Kohl.

Cal. erectus, conniuens. *Sem.* globoſa. *Glandula* inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

*Stylo

* *Stylo obtuſiuſculo.*

534. B. (*campeſtris*) radice cauleque tenui, fol. caulinis vniformibus cordatis ſeſſilibus.

H. inter ſegetes infrequens. Fl. Iunio.

Radix annua. Corolla lutea. Folia radicalia lyrata, ſubhiſpida, caulina laeuia.

535. B. (*Napus*) radice cauleſcente fuſiformi. Steckrübe; wilde Rübe; Rübſen.

H. inter ſegetes frequens. Fl. Aprili, Maio.

Offic. NAPI Semina. Radix ſapida et eſculenta antequam caulem agit. Seritur apud nos pro oleo expreſſo frequens, ita vt redituum ex agris ſit pars magna. Semen in variolis et morbillis inter emulſiones praeſcribitur. *Vog.*

** *Erucae ſiliquis ſtylo enſiformi.*

536. B. (*Erucaſtrum*) fol. runcinatis, caule hiſpido, ſiliquis laeuibus.

H. am Elbdamme gegen die Gurgel hin, et alibi, infrequens. Fl. Iunio, Iulio.

236. TVRRITIS. Thurmkraut.

Siliqua longiſſima, angulata. *Cal.* conniuens erectus. *Cor.* erecta.

537. T. (*glabra*) fol. radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. Wilder Kohl.

H. im Zeizer Buſche, et alibi ad dumeta, paſſim. Fl. Maio.

Semina pulueriſata aſſumuntur in pleuritide a Smolandis. *Linn.*

538. T. (*hirſuta*) fol. omnibus hiſpidis; caulinis amplexicaulibus.

H. hinter Walternienburg gegen Flöz zu, et alibi in ſyluaticis. Fl. Maio.

b. *Calyx hians, foliolis ſuperne diſtantibus.*

237. CARDAMINE. Gauchblume.

Siliqua elaſtice diſſiliens valuulis reuolutis. *Stigma* integrum. *Cal.* ſubhians.

539. C. (*impatiens*) fol. pinnatis inciſis ſtipulatis, flor. apetalis.

H. in nemoribus gegen Tochheim; bey Grünberg, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Petalis inſtructam ſaepius vidimus: ſed ſunt fugacia.

540. C. (*pratenſis*) fol. pinnatis; foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. Wieſenkreſſe.

H. in pratis humidis vbique. Fl. Aprili, Maio.

Poteſt quidem Cardamine amara Siſymbrio Naſturtio, vbi huius penuria eſt, ſaluo effectu, ſubſtitui: ſed qui Cardaminen pratenſem ſubſtituere volunt, fallunt et falluntur. *It. Weſtg. p. m.* 32.

541. C. (*amara*) fol. pinnatis, axillis ſtoloniferis.

H. bey der Poleymühle jenſeit der Nuthe, et alibi in foſſis. Fl. Maio.

Folia caulina eadem magnitudine, qua radicalia. Antherae purpureae. Stolones reptantes ex alis foliorum deſcendunt.

238. SINAPIS. Senf.

Cal. patens. *Corollae* vngues recti. *Glandula* inter ſtamina breuiora et piſtillum, interque longiora et calycem.

542. S. (*aruenſis*) ſiliquis multangulis toroſo-turgidis laeuibus, roſtro ancipiti longioribus. Hederich noſtris.

H. inter ſegetes vbique. Fl. Aprili et ſeqq.

Herba vt Braſſica coqui et comedi poteſt. Siliquae laeues. Vitium agrorum hordeaceorum apud nos: ſed, vt Raphaniſtrum, pabulum pecoribus praebere poteſt et viride, et exſiccatum.

543.

543. S. (*alba*) ſiliquis hiſpidis, roſtro obliquo longiſſimo enſiformi.

H. in agris bey der alten Burg, et alibi, paſſim. Fl. Maio.

Seritur in agris bey Monplaiſir in vſus culinares et ad medicinam equorum.

544. S. (*nigra*) ſiliquis glabris racemo adpreſſis.

H. ad Salam auf den Dämmen bey der Hinterluke, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. SINAPEOS Semina. Ad calefaciendum, extenuandum extrahendumque valde efficax. Semen ex aceto contritum in lethargo, paralyſi prodeſt. *Vog.* Planta apud nos ſaepius vltra hominis altitudinem excreſcit.

239. SISYMBRIVM. Rauke.

Siliqua dehiſcens valuulis rectiuſculis. *Calyx* patens. *Corolla* patens.

* *Siliquis declinatis breuibus.*

545. S. (*Naſturtium*) ſiliquis declinatis, fol. pinnatis, foliolis ſubcordatis. Brunnenkreſſe.

H. am Graben beym Gnez; in riuulis trans Albim zwiſchen Flöz und Walternienburg, et alibi, paſſim. Fl. Iunio.

Offic. NASTVRTII AQVATICI Herba. Planta omni laude maior in ſcorbuto, in phthiſi, pulmonibus licet iam paene conſumtis, et ad ſcirrhos viſcerum. Succus ad quatuor vncias quotidie ſumi debet. *Vog.* Erfordiae cultura cicuratur et ad exteros in copia exportatur.

546. S. (*ſylueſtre*) ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliolis lanceolatis ſerratis.

H. in ambulacris horti ſeminarii; ad margines agrorum, et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

547. S. (*amphibium*) ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliolis pinnatifidis ſerratis. Waſſerrettig.

H.

H. cum ſuis varietatibus im Teiche bey der Lindenallee; an der Elbe in arenoſis, et alibi ad foſſas, copioſe. Fl. Maio et ſeqq.

Siliquae huic breuiores duarum circa linearum, vt fere ſiliculae.

** *Caule nudo.*

548. S. (*arenoſum*) caule ſubfolioſo ramoſo, fol. lyratis rectangulo-dentatis hiſpidis; pilis ramoſis.

H. in agris an der Lindenallee rarius; in agris arenoſis trans Albim bey Jüterglück, et alibi, copioſe. Fl. Aprili, Maio.

Folia radicalia lanceolato-lyrata; caulina lanceolata dentata; pilis bifidis ſeu trifidis.

*** *Foliis pinnatis.*

549. S. (*Sophia*) petalis calyce minoribus, fol. decompoſito-pinnatis. Beſenkraut; Sophienkraut.

H. auf dem Schloßhofe, et alibi in ruderatis, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Offic. SOPHIAE Semina. Ad abſtergenda vulnera olim chirurgi Galli vſi ſunt. Dyſenteriam tam hominum quam boum ſemina curare creduntur.



CLAS-

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

240. GERANIVM. Storchſchnabel.

Monogyna. *Stigmata* 5. *Fructus* roſtratus, 5-coccus.

* *Staminibus quinque antheriferis. Cal.* 5-*phyllis. Fructus declinati.*

550. G. (*cicutarium*) pedunculis multifloris, flor. pentandris, fol. pinnatis inciſis obtuſis, caule ramoſo.

H. auf dem Anger; in campis et alibi; copioſe. Fl. Aprili, Maio.

Petala ſuperiora macula viridi notantur.

** *Staminibus decem antheriferis.*

551. G. (*ſyluaticum*) pedunc. bifloris, fol. ſubpeltatis quinquelobis inciſo-ſerratis, caule erecto, petalis emarginatis.

H. trans Albim gegen Flöz. Fl. Iunio.

552. G. (*paluſtre*) pedunc. bifloris longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis inciſis.

H. ad alneta zwiſchen Gödniz und Dornburg. Fl. Iunio.

Rami diuaricatiſſimi, bifariam angulati angulis obtuſis. Petala neruis 3 fuſcis, baſi villoſa.

553.

553. G. (*pratenſe*) pedunc. bifloris, fol. ſubpeltatis multipartitis rugoſis acutis, petalis integris. Ger. batrachiodes, Gratia Dei Germanorum. C. B. P. p. 318. Wieſenſtorchſchnabel.

H. im Gnez et in pratis frequens. Fl. Iunio, Iulio.

554. G. (*robertianum*) pedunc. bifloris, calycibus piloſis decemangulatis. Ruprechtskraut.

H. ad muros im Paradiſe, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Offic. GERANII ROBERTIANI Herba. Odor hircum redolet. Cimices herba recens contuſa pellere dicitur. Succus recens melle ſubactus vlcera ſordida purgat. *Vog.*

555. G. (*molle*) pedunc. bifloris foliisque floralibus alternis, petalis bifidis, calycibus muticis, caule erectiuſculo.

H. in hortis et agris vbique. Fl. aeſtate.

Petala ſemibifida, calyces ſubmutici, corolla breuiores. Stipulae bifidae.

556. G. (*columbinum*) pedunc. bifloris folio longioribus, fol. quinquepartito-multifidis, arillis glabris, calycibus ariſtatis.

H. extra term. Fl. Barb. ad ſepes bey Glien. Fl. Iunio.

557. G. (*rotundifolium*) pedunc. bifloris, petalis ſubintegris longitudine calycis, caule proſtrato, fol. reniformibus inciſis.

H. in agris an der Lindenallee, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Petala integra, obtuſa, incarnata. Calyces mucronati. Planta ſubuiſcoſa.

558. G. (*ſanguineum*) pedunculis vnifloris, fol. quinquepartitis trifidis orbiculatis.

H. im Friedrichsholze bey Zerbſt. Fl. Iunio, Iulio.

Flores magni rubri.

POLY-

POLYANDRIA.

241. LAVATERA. Lavatern.

Cal. duplex; exterior 3-fidus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

559. L. (*thuringiaca*) caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus inciſis.

H. ad dumeta bey der Saalfähre hinter Werkleiz. Fl. Iulio, Auguſto.

242. MALVA. Pappel; Malve.

Cal. duplex; exterior 3-phyllus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

560. M. (*rotundifolia*) caule proſtrato, fol. cordato-orbiculatis obſolete quinquelobatis, pedunc. fructiferis declinatis. Roßpappeln.

H. ad vias bey Colphus, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Offic. MALVAE VVLGARIS Radix, Herba, Semina. Planta emolliens. In alui et vrinae difficultatibus, in tuſſi et raucedine frequentis eſt vſus, tam in decoctis et infuſis, quam in clyſteribus. Inter edulia olim vſurpabatur. *Vog.*

561. M. (*ſylueſtris*) caule erecto herbaceo, fol. ſeptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque piloſis. Haſenpappeln.

H. auf dem Schloßhofe, et alibi in ruderatis, frequens. Fl. aeſtate.

Conuenit quoad vires medicas cum praecedente.

562. M. (*Alcea*) caule erecto, fol. multipartitis ſcabriuſculis. Siegmarswurz.

H. hinter Monplaiſir am Elbdamme, et alibi, paſſim. Fl. aeſtate.

Adpellatur etiam Fellriß, quod pannos oculorum diſcutiat. *Rupp. p.* 16. Caulis ſcaber pilis faſciculatis expanſis.

243. ALTHAEA. Eibiſch; Sammetpappeln.

Cal. duplex; exterior 9-fidus. *Arilli* plurimi, monoſpermi.

563. A. (*officinalis*) fol. ſimplicibus tomentoſis.

H. am Teiche hinter den Baraken; hinter Monplaiſir ad foſſas, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. ALTHAEAE Radix, Herba, Semina. Eſt inter quinque herbas emollientes. Inter cataplaſmata recipitur, vbi dolores leniendi vel abſceſſus maturandi. Trita, eximia. *Linn.*



CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

244. FVMARIA. Erdrauch.

Cal. diphyllus. *Cor.* ringens. *Filamenta* 2, membranacea, ſingula *antheris* 3.

564. F. (*bulboſa*) caule ſimplici, bracteis longitudine florum. Hohlwurz; Frauenſchühlein.

H. im Gnez; in Cyprena; copioſe. Fl. Aprili.

Offic. FVMARIAE BVLBOSAE ſ. ARISTOLOCHIAE FABACEAE Radix. Inter ariſtolochica medicamenta, ſeu quae lochialem ſanguinem et menſes vrgent, recipitur: ſed mediocris eſt effectus. *Loeſ.* Floribus albis, rubris, caeruleis, elegánter ludit.

565. F. (*officinalis*) pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. Taubenkropf.

H. in hortis et agris copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. FVMARIAE Herba, Semina. Planta amariſſima, corroborans, antacida; melancholicis, hypochondriacis, cachecticis, ſcorbuticis, ſcabioſis medicina in infuſo, conſerua, extracto. *Linn.*

OCTANDRIA.

245. POLYGALA. Ramſel.

Cal. 5-phyllus; foliolis duobus alaeformibus, coloratis. *Legumen* obcordatum, biloculare.

566. P. (*vulgaris*) flor. criſtatis racemoſis, caul. herbaceis ſimplicibus procumbentibus, fol. lineari-lanceolatis. Kreuzblume.

H. in paſcuo beym Zeizer Buſche, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Variat corolla violacea, carnea, alba. Vis radicis forſan eadem, ac P. *Senegae*, licet debilior. *Linn.* Contra phthiſin in puluere, vna cum Infuſo herbae, Viennae cum effectu data eſt. *Candon.*

DECANDRIA.

a. *Stamina omnia connexa.*

246. SPARTIVM. Pfriemen.

Stigma longitudinale, ſupra villoſum. *Filamenta* germini adhaerentia. *Cal.* deorſum productus.

567. S. (*ſcoparium*) fol. ternatis ſolitariiſque, ramis inermibus angulatis. Haſengeil; Haſenbrod; Rehheide.

H. in ſylvaticis zwiſchen der Polenmühle und Tochheim, et alibi in ſyluis trans Albim, copioſe. Fl. Maio.

Planta, dum floret in ſterilíſſimis, ſpecioſa. E ramis fiunt ſcopae, et e frutice combuſto ſal geniſtae paratur. Stipites eius paullo altiores ob aureum nitorem baculos elegantes ad deambulandum ſubminiſtrant.

247. GENISTA. Ginſter; Genſt.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. *Vexillum* oblongum, a piſtillo ſtaminibusque reflexum. (*Piſtillum ſcilicet deprimit carinam.*)

568. G. (*tinctoria*) fol. lanceolatis glabris, ramis ſtriatis teretibus erectis. Färbergenſt.

H. bey Tochheim; hinter Grünberg; et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Offic.

Offic. GENISTAE Herba, Flores, Semina. Luteo-tinctoria eſt. Sal geniſtae in hydrope decantatum remedium eſt. Rarior, praeſtans. *Linn.*

569. G. (*piloſa*) fol. lanceolatis obtuſis, caule tuberculato decumbente.

H. in aridis zwiſchen Prezien und Gommern. Fl. Iunio. Ouium deliciae. *Schreb.*

570. G. (*germanica*) ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, fol. lanceolatis.

H. im Buſche bey Friederikenberg, et alibi. Fl. aeſtate.

248. ANTHYLLIS. Wollblume.

Cal. ventricoſus. *Legumen* ſubrotundum, tectum.

571. A. (*Vulneraria*) herbacea, fol. pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. Gelber Wundklee.

H. ad margines agrorum hinter Döben; am Mühlinger Berge gegen Zens. Fl. Iunio.

Decocta vel contuſa et vulneribus adplicata detergit, ſuppurationem inhibet et labia coniungit. *Boerh.*

249. ONONIS. Hauhechel.

Cal. 5-partitus, laciniis linearibus. *Vexillum* ſtriatum. *Legumen* turgidum, ſeſſile. *Filamenta* connata abſque fiſſura.

572. O. (*aruenſis*) flor. racemoſis geminatis, fol. ternatis, ſuperioribus ſolitariis, ramis inermibus ſubuilloſis. Ononis ſpinoſa. *Sp. Pl. p. 1006.* Weiberkrieg.

H. auf dem Anger, et alibi ad vias et verſuras, copioſe. Fl. aeſtate.

Offic. ONONIDIS Radix, Herba. Radix diuretica decantata in calculo, ictero, et in primis in febre Hungarica. Planta prima aeſtate inermis, adultior ſpinoſa euadit. Ob radicem reptantem agricolis inuiſa. Aratrum libere tranſire non ſinit: hinc Gallis *Arrête-boeuf*, arreſta bouis, dicitur.

b. *Stigma pubeſcens*, (nec priorum notae).

250. OROBVS. Erwen; Kichern.

Stylus linearis. *Cal.* baſi obtuſus, laciniis ſuperioribus profundioribus, breuioribus.

573. O. (*vernus*) fol. pinnatis ouatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. Faſanenkraut.
H. in ſylua bey Friederikenberg. Fl. Aprili, Maio.
Flos exhilarat ſub frondeſcentia coryleta purpureis ſpecioſiſſimisque floribus.

574. O. (*tuberoſus*) fol. pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici.
H. im treugen Buſche hinter Monplaiſir. Fl. Maio, Iunio.
Radix ob dulcem ſaporem a Scotis pro cibo ac medicamento adhibetur, quo famem pariter, ac ſitim et pectoris morbos depellunt. *Vog.*

575. O. (*niger*) caule ramoſo, fol. ſexiugis ouato-oblongis.
H. in ſyluaticis bey Tochheim. Fl. Iunio.
Radix dulcis.

251. PISVM. Erbſe.

Stylus triangulus, ſupra carinatus pubeſcens. *Calycis* laciniae ſuperiores 2 breuiores.

576. P. (*ſatiuum*) petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunc. multifloris. Schoten; Feld- und Gartenerbſen.
H. in agris inter ſegetes paſſim. Fl. aeſtate.
Colitur in agris apud nos frequens, et eius varietates in hortis.

252. LATHYRVS. Platterbſen.

Stylus planus, ſupra villoſus, ſuperne latior. *Cal.* laciniae ſuperiores 2 breuiores.

577. L. (*tuberoſus*) pedunc. multifloris, cirris diphyllis; foliolis oualibus, internodiis nudis. Erdnüßlein; Erdfeigen.
H. inter ſegetes copioſe. Fl. Maio, Iunio.
Corolla roſeo colore et odore. Aqua ex floribus deſtillata aquae roſarum odori fere accedit. *Rupp.* Tubera radicis menſae inſeruiunt in Germania praeſertim inferiore. A ſuibus poſt meſſem diligenter exquiruntur. Planta pabularis egregia, in pratis praeſtantiſſima; agrorum vitium non tolerandum.

578. L. (*pratenſis*) pedunc. multifloris, cirris diphyllis ſimpliciſſimis; foliolis lanceolatis. Gelbe Wieſenwicken.
H. im Gnez, et in pratis et dumetis, copioſe. Fl. Maio, Iunio.
Praeſtans in pratis pabulum.

579. L. (*ſylueſtris*) pedunc. multifloris, cirris diphyllis; foliolis enſiformibus, internodiis membranaceis.
H. in editis am ſteilen Elbufer oberhalb Tochheim. Fl. Iulio.
Foliola linearia, nec caule latiora. Stipulae ſubulatae anguſtiſſimae.

580. L. (*latifolius*) pedunc. multifloris, cirris diphyllis; foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis.
H. in nemoroſis trans Salam am Damme zwiſchen Groß- und Kleinroſenburg; auch diſſeits der Saalfähre; frequens. Fl. Iulio.
Folia elliptica, caule multoties latiora. Stipulae etiam caule latiores et fere haſtatae.

581. L. (*paluſtris*) pedunc. multifloris, cirris polyphyllis, ſtipulis lanceolatis.
H. in foſſis am Feldbamme gegen Gelinde hin, rariſſime. Fl. aeſtate.

253. VICIA. Wicke.

Stigma latere inferiore transuerſe barbatum.

* *Pedunculis elongatis.*

582. V. (*ſyluatica*) pedunculis multifloris, foliolis oualibus, ſtipulis denticulatis. Groſſe Waldwicken mit weiſſen Blumen und blauen Streifen.

H. in ſyluis bey Breitenhagen. Fl. Iunio, Iulio.

583. V. (*Cracca*) pedunc. multifloris, flor. imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtip. integris. Vogelwicken.

H. in der Lindenallee, et in ſepibus, dumetis, agris, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

** *Floribus axillaribus ſubſeſſilibus.*

584. V. (*ſatiua*) leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, fol. retuſis, ſtipulis notatis. Gemeine Feldwicken.

H. inter ſegetes frequens; in primis tamen varietas foliis anguſtioribus ſublinearibus, flore ſolitario. Fl. aeſtate.

Seritur pro pabulo equorum pecorumque: etiam farina pani pauperum immiſcetur. Stipulae ſubtus macula quaſi inuſta notatae.

585. V. (*lathyroides*) leguminibus ſeſſilibus ſolitariis erectis glabris, foliolis ſenis; inferioribus obcordatis. Kleinſte frühzeitige Wicke.

H. in der kleinen Weidenallee; trans Albim in arenoſis gegen Jüterglück, et alibi, paſſim. Fl. Maio.

586. V. (*ſepium*) legum. pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ouatis integerrimis; exterioribus decreſcentibus.

H. im Gnez, et in pratis, copioſiſſime. Fl. Maio, Iunio.

c. *Legumen ſubbiloculare*, (nec priorum).

254. ASTRAGALVS. Tragant.

Legumen biloculare gibbum.

587. A. (*Cicer*) caulescens proſtratus, legum. ſubgloboſis inflatis mucronatis piloſis. Wilde Kichern.

H.

H. in pratis extra term. Fl. Barb. über Staßfurt bey Winningen. Fl. aeſtate.

588. A. (*glycyphyllos*) caulescens proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliol. oualibus pedunculo longioribus. Wild Süßholz.

H. im Frizer Busche; bey Cyprena, et alibi. Fl. Iunio.

Offic. ASTRAGALI Radix. Ex vino cocta et ore detenta gingiuas purgat; naſo intruſa haemorrhagias ſiſtit. *Vog.* Folia commanducata ſapore ſunt dulci, vt Glycyrrhizae radix.

589. A. (*arenarius*) ſubcauleſcens procumbens, flor. ſubracemoſis erectis, fol. tomentoſis.

H. in arenoſis bey Friederikenberg; auch auf Reinen um Döben. Fl. Iunio.

d. *Legumina ſubmonoſperma*, (nec priorum).

255. TRIFOLIVM. Klee.

Flores ſubcapitati. *Legumen* vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum.

* Meliloti, *leguminibus nudis polyſpermis.*

590. T. (*Melilotus officinalis*) leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis acutis, caule erecto. Meliloten; Steinklee.

H. et flore albo et luteo am Gnez; am Elbdamme hinunter; copioſiſſime. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. MELILOTI Herba, Flores, Semina. Suaueolens pellit acaros. Planta emolliens et reſoluens vteri et veſicae vitiis dicata. *Linn.* In fotu, emplaſtro, clyſtere vſurpata dolores lenit, tumores diſcutit, abſceſſus maturat. *Vog.*

** Lotoidea *leguminibus tectis, polyſpermis.*

591. T. (*hybridum*) capitulis vmbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule adſcendente.

H. in gramineis im Elbwerder; in der Gurgel, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Flores colore albo roſeoque. Planta pabularis praeſtans,

Trifolio pratenſi non multo inferior, quae pari ratione coli meretur. Sed Semina difficulter maturat et magis decumbit, quam T. pratenſe. *Schreb.*

592. T. (*repens*) capitulis vmbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. Weiſſer kriechender Wieſenklee.

H. in paſcuis, pratis, agris requietis, vbique. Fl. Maio et ſeqq.

Offic. TRIFOLII ALBI Flores. Ad arthritidem commendatur: ſed vera documenta deſunt. *Vog.*

*** Lagopoda *calycibus villoſis.*

593. T. (*rubens*) ſpicis villoſis longis, corollis monopetalis, caule erecto, fol. ſerrulatis.

H. in ſylua trans Albim bey Grünberg; frequentius in Brands Heide. Fl. aeſtate.

Calyx nudus dentibus piloſis. Foliola in noſtris non ſerrulata. Calycis dens infimus longitudine corollae, reliquis breuibus.

594. T. (*pratenſe*) ſpicis ſubuilloſis cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. Gemeiner rother Wieſenklee.

H. in pratis vbique. Fl. aeſtate.

Varietas huius ſeritur in agris ad iumentorum pabulum, ſub nomine Spaniſcher Klee, bey Döben, et alibi.

595. T. (*alpeſtre*) ſpicis ſubgloboſis villoſis terminalibus, caule erecto, fol. lanceolatis ſerrulatis.

H. in dumetis in der Gurgel; ad margines agrorum um Gnadau und Döben, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Simile T. pratenſi quoad flores et T. montano quoad folia. Huic alpeſtri ſtipulae virides, pratenſi ſcarioſae venis rubris; hoc ſtipulis vltimis vtrimque lanceolatis, illud ſubouatis. Folia ſupra glabra, ſtriata, infra hirſuta, vix ſerrulata.

596. T. (*aruenſe*) ſpicis villoſis oualibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis aequalibus. Katzenklee; Haſenpfötchen.

H. auf dem Anger; in agris, copioſe. Fl. aeſtate.

Alae intus eleganti macula ſanguinea.

597. T. (*ſcabrum*) capitulis ſeſſilibus lateralibus ouatis, calyc. laciniis inaequalibus rigidis recuruis.

H. ad aggeres bey den Pröbsſümpfen; in agris arenoſis zwiſchen Flöz und Walternienburg, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Calycis laciniae exteriores longiores, validiores. Corollae albidae, anguſtae, longitudine calycis.

**** Veſicaria, *calycibus inflatis ventricoſis.*

598. T. (*fragiferum*) ſpicis ſubrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caul. repentibus. Erdbeerenklee.

H. auf dem Anger copioſe. Fl. Auguſto.

Flores apud nos plerumque purpurei.

***** Lupulina, *vexillis corollae inflexis.*

599. T. (*montanum*) ſpicis ſubimbricatis ſubtribus; vexillis ſubulatis emarceſcentibus, calycibus nudis, caule erecto. Weiſſer Bergklee.

H. in paſcuo am Zeizer Buſche, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Flores tetrapetali albi. Capitulum eſt vere racemus coarctatus, bracteis ſubulatis minimis interſtinctus.

600. T. (*agrarium*) ſpicis oualibus imbricatis; vexillis deflexis perſiſtentibus, calyc. nudis, caule erecto. Hopfenklee.

H. in agris gegen Pömelte, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Corollae flauae, nec ſpadiceae.

601. T. (*procumbens*) ſpicis oualibus imbricatis; vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus.

H. in gramineis in der kleinen Weidenallee; hinter dem Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

A T. agrario differt capitulis minoribus, paucifloris, vexillis anguſtioribus, parum ſtriatis, nec plicatis. Praeterea caules longi decumbunt; modo vno alteroue erecto.

e. *Legumen ſubarticulatum.*

256. HEDYSARVM. Hahnenkopf.

Cor. carina transuerſe obtuſa. *Legumen* articulis 1-ſpermis.

602. H. (*Onobrychis*) fol. pinnatis, legum. monoſpermis aculeatis, corollarum alis calycem aequantibus, caule elongato. Eſparcette; Saintfoin.

H. in editis bey Zens; auch im Garten bey Döben. Fl. Iunio, Iulio.

Seritur vt pabulum iumentorum praeſtans: non tamen apud nos, vbi Medicago ſatiua ob ſolum fertile vtilior et frequentior.

257. CORONILLA. Peltſchen; Kronwicke.

Cal. 2-labiatus, $\frac{2}{3}$; dentibus ſuperioribus connatis. *Vexillum* vix alis longius. *Legumen* iſthmis interceptum.

603. C. (*varia*) herbacea, legum. erectis teretibus toroſis numeroſis, foliolis plurimis glabris.

H. in dumetis beym Weinberge; praeſertim in agris arenoſis gegen Zerbſt copioſe. Fl. aeſtate.

258. ORNITHOPVS. Vogelfuß.

Legumen articulatum, teres, arcuatum.

604. O. (*perpuſillus*) fol. pinnatis, leguminibus incuruatis.

H. in agris arenoſis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg. Fl. aeſtate.

Planta glabra procumbens. Folia petiolata. Pedunculi longitudine foliorum. Flores lutei vexillo rubro reticulato.

259. MEDICAGO. Schneckenklee.

Legumen compreſſum, cochleatum. *Carina* corollae a vexillo deflectens.

605. M. (*falcata*) pedunc. racemoſis, legum. lunatis, caule proſtrato. Sichelklee; ſchwediſcher Heuſamen.

H. in der Lindenallee; ad vias et ſepes, frequens. Fl. Iunio.

Pro foeno in apricis glareoſis ſteriliſſimis ſerenda. *Linn.* Ab aliis etiam nuper in ſcriptis oeconomicis in hunc vſum commendata eſt: ſed inutilis iumenta, cum tota humi procumbat.

606. M. (*lupulina*) ſpicis oualibus, legum. reniformibus monoſpermis, caulibus procumbentibus.

H. auf dem Anger; in cultis, agris, pratis; copioſiſſime. Fl. aeſtate.

Legumina ſtriato-rugoſa, pilis rigidis ſubhiſpida.

607. M. (*polymorpha*) legum. cochleatis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. λ. *minima:* legum. cochleatis, aculeis vncinatis alternis externe donatis, ſtipulis integris.

H. ad aggeres bey den Pröbsſümpfen; in ſterilibus glareoſis auf dem Anger gegen Monplaiſir. Fl. Maio et ſeqq.

f. *Legumen vniloculare polyſpermum*, (nec priorum).

260. ERVVM. Linſe.

Cal. 5-partitus, longitudine corollae.

608. E. (*Lens*) pedunc. ſubbifloris, ſem. compreſſis conuexis. Gemeine Linſen.

H. inter ſegetes aeſtiuas frequens. Fl. aeſtate.

Offic. LENTIS Semen. Farina emollit et maturat. Vſus oeconomicus pro menſa et pecoribus.

609. E. (*tetraſpermum*) pedunc. ſubbifloris, ſem. globoſis quaternis. Kleine Vogelwicken.

H. in hortis et agris; in gramineis in der kleinen Weidenallee, frequens. Fl. aeſtate.

610. E. (*hirſutum*) pedunc. multifloris, ſem. globoſis binis.

H. inter olera im Paradiſe; inter ſegetes in agris vbique. Fl. aeſtate.

261. LOTVS. Schotenklee.

Legumen cylindricum, ſtrictum. *Alae* ſurſum longitudinaliter conniuentes. *Cal.* tubuloſus.

611. L. (*ſiliquoſus*) legum. ſolitariis membranaceo-quadrangulis, caul. procumbentibus, fol. ſubtus pubeſcentibus.

H. ad foſſas beym ſauren Ziez; bey Gnadau, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

612. L. (*corniculatus*) capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, legum. cylindricis patentibus.

H. auf dem Anger, et in pratis, verſuris, vbique. Fl. aeſtate.

Varietas β. flore maiore luteo ſplendente C. B. frequens ad foſſas occurrit cis et trans Albim.

CLAS-

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

262. HYPERICVM. Hartheu; Johannisfraut.
Cal. 5-partitus. *Petala* 5. *Filamenta* multa in 5 phalanges baſi connata. *Capſula.*

613. H. (*quadrangulare*) flor. trigynis, caule quadrato herbaceo.

H. beym ſauren Ziez; in humidis, paſſim. Fl. Iulio.

614. H. (*perforatum*) flor. trigynis, caule ancipiti, fol. obtuſis pellucido-punctatis.

H. im Gnez; ad ſepes et dumeta, copioſiſſime. Fl. Iunio.

Offic. HYPERICI Herba, Flores, Semina. Balſamica planta poſſidet virtutem detergentem et vulnerariam. Oleum coctum in iuſculo ſumtum egregium tuſſis remedium perhibetur. *Vog.* Flores inficiunt ſpiritum et oleum carmeſino colore. Antherae puncto atro. Stigmata ſanguinea.

615. H. (*humifuſum*) flor. trigynis axillaribus ſolitariis, caul. ancipitibus proſtratis filiformibus, fol. glabris.

H. in ſiccis bey Tochheim; oberhalb Großroſenburg, paſſim. Fl. aeſtate.

Folia punctis in margine nigris.

616.

616. H. (*montanum*) flor. trigynis, calyc. ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, fol. ouatis glabris.

H. in ſyluaticis bey Breitenhagen. Fl. Iulio.

617. H. (*hirſutum*) flor. trigynis, calyc. ſerrato-glanduloſis, caule tereti erecto, fol. ouatis ſubpubeſcentibus.

H. im Gnez, et alibi in dumetis, frequens. Fl. Iulio.



CLAS-

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQVALIS.

a. *Semifloſculoſi, corollis ligulatis omnibus.*

263. CICHORIVM. Wegwarte; Cichorien.

Recept. ſubpaleaceum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* ſub-5-dentatus, obſolete piloſus.

618. C. (*Intybus*) flor. geminis ſeſſilibus, fol. runcinatis.

H. ad vias et in verſuris vbique. Fl. aeſtate.

Offic. CICHOREI Radix, Herba, Flores. Radix in obſtructionibus viſcerum valde prodeſt: praeſtat autem ſpontanea, magis amara, prae culta; pro menſa culta dulcior. Radix hodie a multis colitur, et diſſecta, exſiccata, toſta, pulueriſata, Coffeae ſubſtituitur.

264. HYPOCHAERIS. Ferkelkraut.

Recept. paleaceum. *Cal.* ſubimbricatus. *Pappus* plumoſus.

619. H. (*glabra*) glabra, calyc. oblongis imbricatis caule ramoſo nudo, fol. dentato-ſinuatis.

H. in agris arenoſis bey Göbniz, et alibi, paſſim. Fl. aeſtate.

Corollae minutae; calycis ſquamae laeues.

620.

620. H. (*radicata*) fol. runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo laeui, pedunc. ſquamoſis.

H. in paſcuis am Zeizer Buſche; bey Dornburg, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Corollae magnae, calycis ſquamae carina ciliata. Flores clauduntur hora 3 poſt meridiem.

265. TRAGOPOGON. Bocksbart.

Recept. nudum. *Cal.* ſimplex. *Pappus* plumoſus.

621. T. (*pratenſe*) calycibus corollae radium aequantibus, fol. integris ſtrictis.

H. in der kleinen Weidenallee et in pratis frequens. Fl. Iunio.

Radix habitu et virtute Scorzonerae radici ſimilis eſt. More aſparagi cocta ſapida eſt, ideoque in hortis culta. Flos euigilat primo mane ſaepe h. 3. Obdormit inter 9 et 10 antemeridianam, niſi tempeſtate moretur.

266. PICRIS. Bitterkraut.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* plumoſus. *Sem.* tranſuerſim ſulcata.

622. P. (*Hieracioides*) perianthiis laxis, fol. integris, pedunculis ſquamatis in calycem.

H. ad ſepes bey Cyprena; an der Stadtmauer gegen Gethſemane, et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.

Folia lanceolata. Pedunculi in calycem vsque adſperſi ſquamis ſubulatis, donec calyx fere imbricatus fiat.

267. LEONTODON. Löwenzahn.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus ſquamis laxiuſculis. *Pappus* plumoſus.

623. L. (*Taraxacum*) calyce ſquamis inferne reflexis, fol. runcinatis denticulatis laeuibus. Butterblume; Pfaffenröhrlein.

H. in cultis, pratis, vbique. Fl. ab Aprili ad Auguſtum.

Offic. TARAXACI Radix, Herba. Folia primo vere ad acetaria colliguntur. Praeſtantiſſima in cachecticis morbis.

morbis, ſcabie, ictero. Epotus ſuccus maxime iuvat. *Vog.*

624. L. (*auctumnale*) caule ramoſo, pedunc. ſquamoſis, fol. lanceolatis dentatis integerrimis glabris.

H. in verſuris, paſcuis, pratis vbique. Fl. a Iulio in auctumnum.

Genus huius difficile aſſignatur: a Scorzonera differt pappo ſeſſili, ſubſtipitato; a Crepi calyce ſimplici imbricato. Euigilat a hora 7 ad 3 pomeridianam. Radix praemorſa. Variat calycibus modo tantum pubeſcentibus, modo villis nigris tectis.

625. L. (*hiſpidum*) calyce toto erecto, fol. dentatis integerrimis hiſpidis; ſetis furcatis.

H. am Zeizer Buſche, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Bractea linearis infra florem. Pappus ſeſſilis plumoſus. Varietas calyce admodum hirto eſt frequentiſſima. Alia varietas non tam frequens habet folia lanceolata, parum repanda, obtuſa, digito vix longiora. Scapus eſt glaber. Calyx glaber, in quo tamen vnum alterumue pilum furcatum inuenire licet. Corollae ſubtus vireſcentes.

268. SONCHVS. Sonchen.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus, ventricoſus. *Pappus* piloſus.

626. S. (*aruenſis*) pedunc. calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, fol. runcinatis baſi cordatis. Saudiſtel; Gänſediſtel.

H. inter ſegetes copioſiſſime. Fl. aeſtate.

Radix reptans, hinc agrorum vitium. Flos ſoliſequus.

627. S. (*oleraceus*) pedunculis tomentoſis, calyc. glabris. Haſenkohl.

H. in cultis vbique. Fl. aeſtate.

Varietates foliis modo laeuibus modo ſpinoſiſſimis, nunc valde nunc minus laciniatis, habitum plantae ſatis diuerſum reddunt. Excubias Florae agit ab hora 6. ſ. 7. in 11. ſ. 12. antemeridianam. Pro acetariis hieme vſurpari poteſt.

269. SCORZONERA. Schlangenmord; Scorzonere.

Recept. nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus ſquamis margine ſcarioſis.

628. S. (*humilis*) caule ſubnudo vnifloro, fol. lato-lanceolatis neruoſis planis.

H. im Zeizer Buſche; im Buſche bey Friederikenberg, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. SCORZONERAE Radix, Semina. Praeſtat pro officinis huius radicem ſumere quam S. hiſpanicae ſatiuae mere oleraceae. *Linn.* Radicis virtus abſtergens, temperans et leniter nutriens; vnde in decoctis hordeaceis vſurpatur. *Vog.*

629. S. (*anguſtifolia*) fol. ſubulatis integris, pedunc. incraſſato, caule baſi villoſo.

H. in ſyluaticis gramineis, rechter Hand, ehe man nach Friederikenberg kommt. Fl. Maio.

Caulis ſimplex totus fere lanuginoſus. Folia radicalia latiuſcula, baſi etiam lanuginoſa; caulina anguſta ſubulata.

630. S. (*laciniata*) fol. linearibus dentatis acutis, caule erecto, calycis ſquamis patulo-mucronatis.

H. in der Schanze bey Zeiz; auf Erdwänden bey Eiſen-dorf. Fl. Iunio, Iulio.

Vigilat vsque ad horam 9. matutinam. Poſtea difficulter reperitur, quia folia a gramine non facile diſtinguuntur.

270. CREPIS. Pippau.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus ſquamis deciduis. *Pappus* plumoſus (piloſus) ſtipitatus.

631. C. (*tectorum*) fol. lanceolato-runcinatis ſeſſilibus laeuibus, inferioribus dentatis.

H. in arenoſis hinter Monplaiſir, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Structura et facie admodum variat planta polymorpha. Folia radicalia Taraxaci; caulina L. auctumnalis; ramea integra, linearia, ſubſagittata, marginibus reuolutis. Styli antheris egreſſi, ſunt fuſci.

632.

632. C. (*biennis*) fol. runcinato-pinnatifidis ſcabris; baſi ſuperne dentatis, calyc. muricatis.
H. in gramineis am Elbdamme, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.
Caulis angulatus, ſcaber, fragilis.

271. CHONDRILLA. Chondrille.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſtipitatus. *Floſculi* multiplici ſerie. *Sem.* muricata.

633. C. (*iuncea*) foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. *Chondrilla iuncea. Sp. Pl. 2. p. 1120.*
H. ad ſepes bey Flöz; auch in marginibus agrorum arenoſorum zwiſchen Flöz und Walternienburg, frequens. Fl. Iulio.
Seminibus muricatis differt a Lactuca. Corolla lutea ſubtus purpuraſcens. Caulis inferne ſtrigoſus.

272. PRENANTHES. Haſenſtrauch.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus. *Pappus* ſimplex, ſubſeſſilis. *Floſculi* ſimplici ſerie.

634. P. (*muralis*) floſc. quinis, fol. runcinatis.
H. im Friedrichsholze bey Zerbſt; im Schloßgarten zu Dornburg ad muros. Fl. Iulio, Auguſto.
Pappus ſtipitatus.

273. LACTVCA. Lattich; Sallat.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus cylindricus, margine membranaceo. *Pappus* ſimplex ſtipitatus. *Sem.* laeuia.

635. L. (*quercina*) fol. runcinatis denticulatis acutis, ſubtus laeuibus; caule glabro.
H. in nemoroſis im Frizer-Buſche frequens. Fl. Iulio.
Folia inferiora runcinata; ſuperiora pinnatifida, laciniis denticulatis acutis. Caulis ſaepe ſexpedalis. Planta lacteſcens, vt congeneres.

636. L. (*Scariola*) foliis verticalibus carina aculeatis. Wilder Sallat.

H. am Elbdamme, et alibi ad aggeres et ſepes, copioſiſſime. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. SCARIOLAE ſ. INTYBI ANGVSTI Semen.

637. L. (*ſaligna*) fol. haſtato-linearibus ſeſſilibus, carina aculeatis.

H. paullo extra term. Fl. Barb. in ſalſis bey Staßfurt; forte etiam ad ſalinas Salzenſes. Fl. aeſtate.

Icon *Hall. Rupp. Ien. p.* 207. *tab.* 4.

274. HIERACIVM. Habichtkraut.

Recept. nudum. *Cal.* imbricatus ouatus. *Pappus* ſimplex, ſeſſilis.

* *Scapo nudo vnifloro.*

638. H. (*Piloſella*) fol. integerrimis ouatis ſubtus tomentoſis, ſtolonibus repentibus, ſcapo vnifloro. Mausöhrlein.

H. in aridis ſiccis auf dem Anger gegen Monplaiſir, et alibi, copioſe. Fl. Maio et ſeqq.

Offic. AVRICVLAE MVRIS Herba. Ad haemorrhagias quascunque in decocto et epithemate adhibetur vtiliter. *Vog.*

** *Scapo nudo multifloro.*

639. H. (*dubium*) fol. integris ouato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro.

H. in editis ſiccis trans Albim zwiſchen Flöz und Walternienburg. Fl. Iulio, Auguſto.

Folia obtuſa, pilis rarioribus adſperſa. Caulis parum hirſutus, vno alteroue foliolo donatus; flores 2 aut 3 in cacumine ferens.

640. H. (*Auricula*) fol. integerrimis lanceolatis, ſtolonibus repentibus, ſcapo nudo multifloro.

H. in caeſpitoſis im Schloßgarten, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Folia acuta. Caulis et calyces nigris ſetis adſperſi. Folia pilis longis hiſpida.

*** *Caule*

*** *Caule folioſo.*

641. H. (*murorum*) caule ramoſo, fol. radicalibus ouatis dentatis, caulino minori.
H. β. ſyluaticum im Zeizer Buſche. Fl. Iunio, Iulio.
Excubias agit ab hora 6. matutina in horam 2. pomeridianam.

642. H. (*ſabaudum*) caule erecto multifloro, fol. ouato-lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus.
H. im Zeizer Buſche. Fl. Iulio, Auguſto.

643. H. (*vmbellatum*) fol. linearibus ſubdentatis ſparſis, flor. ſubumbellatis.
H. im Zeizer Buſche frequens. Fl. Iulio, Auguſto.
Tingit lanas eleganti luteo colore. *Linn.* Calyces ſquarroſi.

275. LAPSANA. Milchen.

Recept. nudum. *Cal.* calyculatus, ſquamis ſingulis interioribus canaliculatis.

644. L. (*communis*) calyc. fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. Reinkohl; Haſenkohl.
H. inter olera in hortis, auch im Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Iunio, Iulio.
Papillaris aliquibus dicitur, quia fiſſuras papillae in mammis ſanare traditur; vnde Anglis *Nipple-Wort. Rupp. Ien. p.* 209.

276. HYOSERIS. Schweinſallat.

Recept. nudum. *Cal.* ſubaequalis. *Pappus* piloſus calyculatusque.

645. H. (*minima*) caule diuiſo nudo, pedunc. incraſſatis. Kleines Ferkleinkraut.
H. in agris arenoſis trans Albim hinter Walternienburg, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

b. *Capitati.*

277. CARLINA. Eberwurz.

Cal. radiatus ſquamis marginalibus longis, coloratis.

646. C. (*vulgaris*) caule multifloro corymboſo, flor. terminalibus, calyc. radio albo.

H. beym Zeizer Buſche, rarius; am Wege zwiſchen Tochheim und Friederikenberg, paſſim. Fl. Iulio, Auguſto.

278. CNICVS. Kratzkraut.

Cal. ouatus, imbricatus ſquamis ramoſo-ſpinoſis, obuallatus bracteis. *Corollulae* aequales.

647. C. (*oleraceus*) fol. pinnatifidis carinatis nudis, bracteis concauis integris ſubcoloratis. Wieſenkohl.

H. in humentibus zwiſchen dem Dorfe Ruthe und Zerbſt. Fl. Iulio, Auguſto.

Folia vere loco braſſicae coqui et edi poſſunt.

279. ARCTIVM. Klette.

Cal. globoſus; ſquamis apice hamis inflexis.

648. A. (*Lappa*) fol. cordatis inermibus petiolatis.

H. am Elbdamme, im Kuhwerder, et alibi, copioſiſſime. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. BARDANAE Radix, Herba, Semina. Radix blande aperit et reſoluit, hinc ad multos morbos vtilis. In cereuiſia decocta ad articulares morbos commendatur. *Vog.* Caules in noſtris dumetis vltra ſexpedalem altitudinem excreſcunt: hinc hieme a pauperibus virgultorum loco in vſum fornacis diligenter conquiruntur.

280. CARDVVS. Diſtel.

Cal. ouatus, imbricatus ſquamis ſpinoſis. *Recept.* piloſum.

* *Foliis decurrentibus.*

649. C. (*lanceolatus*) fol. decurrentibus pinnatifidis hiſpidis, laciniis diuaricatis; calyc. ouatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. Groſſe Diſtel; Speerdiſtel.

H.

H. auf dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto. Flores vices coaguli praeſtant. *Linn.*

650. C. (*nutans*) fol. ſemidecurrentibus ſpinoſis, flor. cernuis; ſquamis calycinis ſuperne patentibus.

H. cum praecedente vulgaris. Fl. Iulio, Auguſto.

Styli reflexi verſus latera. Flos noctu ſuaueolens. Semina carduelibus gratum pabulum.

651. C. (*acanthoides*) fol. decurrentibus ſinuatis, margine ſpinoſis; calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis.

H. in marginibus agrorum bey Colphus, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Flores minores, quam in C. nutante, maiores quam in C. criſpo. Pedunculi alis criſpis ſpinoſi.

652. C. (*criſpus*) fol. decurrentibus ſinuatis, margine ſpinoſis; flor. aggregatis terminalibus; ſquamis inermibus ſubariſtatis patulis.

H. im Gnez, et alibi in dumetis, frequens. Fl. aeſtate.

Folia ſubtus albido-tomentoſa, parum pungentia. Excreſcit ſaepe ad altitudinem vltra ſexpedalem.

653. C. (*paluſtris*) fol. decurrentibus dentatis, margine ſpinoſis; flor. racemoſis erectis; pedunc. inermibus.

H. in humidis hinter Walternienburg gegen die Polenmühle, et alibi, paſſim. Fl. aeſtate.

Calyx arcte imbricatus laeuis. Pedunculi inermes. Caulis plerumque fuſco-rufus. Planta tenerior editur a Smolandis. *Linn.*

654. C. (*cyanoides*) fol. pinnatifidis linearibus integerrimis inermibus ſeſſilibus, ſubtus tomentoſis.

H. in aridis am ſteilen Elbufer oberhalb Tochheim frequens. Fl. aeſtate.

Prior tantum varietas *Monoclonos* apud nos reperitur. Non confundendus eſt cum C. molli Linnei. In noſtro folia omnia ſunt ſeſſilia, plana, margine aliquantulum reflexo, laciniis longis; ſquamae calycinae lineares anguſtiores, aequalis longitudinis, laxae, longiores, in pauciores ſeries digeſtae. Hunc noſtrum carduum a plantis e

 ſemini-

ſeminibus Sibiricis enatis nihil differre, et Suinofurti in Frauconia etiam habitare, Schreberus, quocum exemplar communicauimus, certiores nos fecit.

** *Foliis ſeſſilibus.*

655. C. (*marianus*) fol. amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis; ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. Marienbiſtel; Frauenbiſtel; Stechkörner.

H. im Elbwerder, rarius; ad muros in hortis paſſim. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. CARDVI MARIAE Herba, Semina. Siccatis foliis peculiaris virtus in pectoris adfectibus tribuitur.

656. C. (*acaulis*) acaulis, calyce glabro.

H. in paſcuis beym Zeizer Buſche; hinter Werkleiz, paſſim. Fl. Iulio, Auguſto.

Caulem paruum ſaepius habet.

281. ONOPORDVM, Zellblume.

Recept. fauoſum. *Cal.* ſquamae mucronatae.

657. O. (*Acanthium*) calyc. ſquarroſis, ſquamis patentibus, fol. ouato-oblongis ſinuatis. Groſſe Wegebiſtel; Krebsbiſtel.

H. am Stadtgraben beym Fürſtenhauſe, et alibi in ruderatis et ad vias, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Iuniores caules et diſcus, vt Cynarae, eſculenti, Cancri ſpecificum ex veterum obſeruatione.

282. SERRATVLA, Scharte.

Cal. ſubcylindricus, imbricatus, muticus.

658. S. (*tinctoria*) fol. lyrato-pinnatifidis, pinna terminali maxima, floſculis conformibus. Färberſcharten.

H. auf der groſſen Wieſe, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Pro luteo colore ad pannos rudiores tingendos colligitur et vſurpatur. Varietas foliis omnibus ſerratis, ſed inciſura carentibus *C. B. Pin. p.* 235. *n.* 1. creſcit ad Salam in der Hinterluke. Folia ciliata.

659.

659. S. (*aruenſis*) foliis dentatis ſpinoſis. Haberdiſtel.

H. in agris et paſcuis vbique. Fl. Iulio, Auguſto.

Vitium agrorum et paſcuorum, ob radicem ſerpentem eo magis agricolis odioſum. Primo vere cibus equorum gratus et ſalubris.

c. *Diſcoidei.*

283. EVPATORIVM. Alpkraut.

Recept. nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus oblongus. *Stylus* ſemibifidus, longus.

660. E. (*cannabinum*) fol. digitatis. Gemeine Waſſerdoſten.

H. ad Albim wo man nach Tochheim gehet; auch bey der Poleymühle. Fl. Iulio.

Offic. EVPATORII Herba. Valde amara eſt et odorata. Roborante virtute gaudet ac diſcutiente. *Vog.* Radix ad pugillum decocta aluum mouet. *C. Gesner.* In hydrope et febribus intermittentibus vtilis. *Hall.*

284. BIDENS. Zweyzahn.

Recept. paleaceum. *Pappus* ariſtis erectis ſcabris. *Cal.* imbricatus. *Cor.* rarius floſculo vno alteroue radiante inſtruitur.

661. B. (*tripartita*) fol. trifidis, calyc. ſubfolioſis, ſem. erectis. Kunigundenkraut.

H. am Elbdamme, et alibi ad foſſas et ſtagna, copioſiſſime. Fl. Iulio, Auguſto.

Herba tingit lanas fuluo colore.

662. B. (*minima*) fol. lanceolatis ſeſſilibus floribus ſeminibusque erectis.

H. in agris arenoſis humidis bey Gödniz am Wege nach Flöz. Fl. aeſtate.

Varietas eſt B. tripartitae ſecundum *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 15.

663. B. (*cernua*) fol. lanceolatis amplexicaulibus, flor. cernuis, ſem. erectis.
H. in alnetis gegen die Polenmühle, et alibi, frequens. Fl. Auguſto.
Coreopſis Bidens huic ſimillima, ſed radiata.

POLYGAMIA SVPERFLVA.

a. *Diſcoidei.*

285. ARTEMISIA. Beyfuß.
Receptacul. ſubuilloſum vel nudiuſculum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus ſquamis rotundatis, conniuentibus. *Cor.* radii nullae.

664. A. (*campeſtris*) fol. multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. Wilde Stabwurz.
H. am Elbdamme, et alibi in verſuris ſiccioribus, paſſim. Fl. Auguſto, Septembri.
Infuſum laudari coepit in pleuritide. Racemi ſimplices, alterni, floribus ſolitariis.

665. A. (*Abſinthium*) fol. compoſitis multifidis; flor. ſubgloboſis pendulis; receptaculo villoſo. • Wermuth.
H. ad vias nach dem Anger zu, rarius; bey Grünberg, et alibi ad pagos trans Albim, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.
Offic. ABSINTHII VVLGARIS Herba. Vſus multiplex et praeclarus contra febrem, calculum, ſcorbutum et alios morbos. Cereuiſiae acidae immiſſa aceſcentiam tollit. Trita, eximia. *Linn.*

666. A. (*vulgaris*) fol. pinnatifidis planis inciſis ſubtus tomentoſis; racemis ſimplicibus recuruatis; flor. radio quinquefloro. Gemeiner Beyfuß.
H. am Elbdamme, et alibi, copioſiſſime. Fl. Iulio, Auguſto.
Offic. ARTEMISIAE RVBRAE, ALBAE, Herba.

Carbo

Carbo ſub radicibus, e radice ipſa, veteribus prodigioſus. In decocto ſumta curſum menſtruum et ipſum partum promouet. In cataplaſmate ambuſtis medetur. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.* Vſus culinaris in anſeribus aſſatis notiſſimus.

286. TANACETVM. Rheinfarn.

Recept. nudum. *Pappus* ſubmarginatus. *Cal.* imbricatus, hemiſphaericus. *Cor.* radii obſoletae, 3-fidae. (*Interdum nullae omnesque floſculi hermaphroditi.*)

667. T. (*vulgare*) fol. bipinnatis inciſis ſerratis.

H. am Elbdamme, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. TANACETI Flores, Semina. Anthelminticum, dum ſemina melle ſubacta ſumuntur. Roborat praeterea et ventriculo imbecillo ſuccurrit. *Vog.* Praeſtans. *Linn.*

287. GNAPHALIVM. Ruhrkraut.

Recept. nudum. *Pappus* plumoſus. *Cal.* imbricatus; ſquamis marginalibus rotundatis, ſcarioſis, coloratis.

* *Herbacea Chryſocoma.*

668. G. (*arenarium*) herbaceum, fol. lanceolatis, inferioribus obtuſis; corymbo compoſito, caul. ſimpliciſſimis. Mattenkraut; Reinblumen.

H. ad muros im Paradiſe; in arenoſis trans Albim frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. STOECHADIS CITRINAE Flores. In ſtranguria flores pani butyraceo inſperſi et ſic comeſti commendantur.

** *Herbacea Argyrocoma.*

669. G. (*dioicum*) ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo; corymbo ſimplici, flor. diuiſis. Katzenpfötchen.

H. in aridis ſterilibus gegen Monplaiſir rarius; bey Tochheim, et alibi trans Albim, copioſe. Fl. Maio, Iunio.

Offic.

Offic. GNAPHALII Flores. Flores cum pane butyraceo vitulis in diarrhoea dantur. Mares calyces ſubrotundos, feminae ſubcylindricos ferunt. Coloribus eleganter ludunt. Exoleta, inſida. *Linn.*

*** *Filaginoidea.*

670. G. (*ſyluaticum*) caule herbaceo ſimpliciſſimo erecto, flor. ſparſis.

H. in ſylua hinter der Polenmühle, et alibi, frequens. Fl. Iulio.

671. G. (*vliginoſum*) caule herbaceo ramoſo diffuſo, flor. confertis terminalibus. Wieſenwolle.

H. in humidis auf dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. Iulio.

Capitula nigricantia.

b. *Radiati.*

288. BELLIS. Masſieben.

Recept. nudum, conicum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus, ſquamis aequalibus. *Sem.* obouata.

672. B. (*perennis*) ſcapo nudo. Gänſeblümlein.

H. in gramineis vbique. Fl. toto anno.

Offic. BELLIDIS MINORIS Flores. Recenti ſucco vis ineſt refrigerans, aperiens, demulcens et emolliens. Contra calculum eſt optima planta. In oculis inflammatis flores in aqua cocti et impoſiti, ſunt optimi. *Boerh.* Trita, inſida, Stahliana. *Linn.*

289. MATRICARIA. Metter.

Recept. nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus; marginalibus ſolidis, acutiuſculis.

673. M. (*Parthenium*) fol. compoſitis planis; foliolis ouatis inciſis, pedunculis ramoſis. Mutterkraut.

H. ad ſepes beym Elbhafen, et alibi, rarius. Fl. Iulio.

Offic. MATRICARIAE Herba, Flores. In malo hyſterico, colica flatulenta, menſium obſtructione vſurpatur in infuſo. Vſitata, praeſtans. *Linn.*

674. M. (*ſuaueolens*) recept. conicis, radiis deflexis, ſquamis calycinis margine aequalibus.

H. ad viam wo man nach dem Anger gehet, et alibi in ruderatis et inter ſegetes. Fl. aeſtate.

Receptaculum albicans. Folia tenuiter inciſa.

675. M. (*Chamomilla*) recept. conicis, radiis patentibus, ſquamis calycinis margine aequalibus. Chamillen; Kuhmehlen; Hermigen.

H. inter ſegetes vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. CHAMOMILLAE NOSTRATIS Herba, Flores. Vires inſignes ſunt. In externarum partium doloribus et paralyticis affectibus vel cataplaſmatis vel fomenti forma, vniuerſaliter fere applicantur. Interne ſpecificum contra febres intermittentes remedium praebent. *Vog.*

290. CHRYSANTHEMVM. Wucherblume.

Recept. nudum. *Pappus* marginatus. *Cal.* hemiſphaericus, imbricatus; ſquamis marginalibus membranaceis.

* *Leucanthema.*

676. C. (*Leucanthemum*) fol. amplexicaulibus oblongis, ſuperne ſerratis, inferne dentatis. Johannisblume; groſſe Maslieben.

H. in pratis vbique; in cultis paſſim. Fl. Maio, Iunio.

Offic. BELLIDIS PRATENSIS ſ. MAIORIS Herba. Folia cum floribus vulneraria ſunt, vrinam mouent, tuſſientibus auxiliantur, in ſucco aut decocto. *Vog.* Exoleta. *Linn.*

677. C. (*inodorum*) fol. pinnatis multifidis, caule ramoſo diffuſo. Matricaria inodora. *Fl. Suec. p. 297.*

H ad agros bey der kleinen Weidenallee, et alibi, paſſim. Fl. aeſtate.

Calyx margine ſcarioſo hanc Chryſanthemis adſociat.

678.

678. C. (*corymboſum*) fol. pinnatis inciſo-ſerratis, caule multifloro. Wundrheinfaren.

H. in nemore ad Salam in Wölbke. Fl. Iulio.

** *Chryſanthema.*

679. C. (*ſegetum*) fol. amplexicaulibus, ſuperne laciniatis, inferne dentato-ſerratis. Goldblume; Wucherblume.

H. apud nos rariſſime bey Walternienburg. Fl. Iulio, Auguſto.

In Saxonia inferiore tam frequens eſt vitium agrorum, vt in regionibus Hannoueranis ad plantam hanc eradicandam agricolas per edicta regia admonere neceſſarium viſum ſit. *Beckm.*

291. ARNICA. Wolverley.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Corollulae* radii filamentis 5 abſque antheris.

680. A. (*montana*) fol. ouatis integris, caulinis geminis oppoſitis.

H. in gramineis ſyluaticis bey Friederikenberg rechter Hand, rariſſime. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. ARNICAE Herba, Flores. Panacea lapſorum, vnde, teſte Ruppio, Fallkraut in Luſatia adpellatur. Sanguinem coagulatum potenter reſoluit. Vnus vel duo pugilli pro decocto parando ſufficiunt; alias cardialgiam, nauſeam et vomitum mouet. *Vog.* Trita, heroica. *Linn.*

292. INVLA. Alant.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Antherae* baſi in ſetas duas deſinentes.

681. I. (*dyſenterica*) fol. amplexicaulibus cordato-oblongis, caule villoſo paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis.

H. ad foſſas gegen den Zeizer Buſch; zwiſchen Gnadau und Döben, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. CONYZAE Herba. In dyſenteria laudatur decocti

coſti forma. Sed male in quibusdam officinis pro Arnica venditur; licet fabrica, ſapore et odore diuerſa. *Hall. Rupp. Ien. p.* 181. et *Veg.*

682. I. (*Pulicaria*) fol. amplexicaulibus vndulatis, caule proſtrato, flor. ſubgloboſis radio breuiſſimo. Kleine Dürrwurz; Flöhkraut.

H. in inundatis exſiccatis am Wege nach dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

Caulis ſaepius erectus.

683. I. (*ſalicina*) fol. lanceolatis recuruis ſerrato-ſcabris, ramis angulatis, flor. inferioribus altioribus.

H. ad marginem ſyluae, wenn man über Grünberg nach Gödniz gehet. Fl. Iunio, Iulio.

684. I. (*hirta*) fol. ſeſſilibus lanceolatis recuruis ſubſerrato-ſcabris, caule teretiuſculo ſubpiloſo, floribus inferioribus altioribus.

H. am Elbdamme, et alibi ad ſepes et foſſas, copioſe. Fl. Iunio.

Ab I. ſalicina differt foliis latioribus, obtuſioribus, vix manifeſte ſerratis, caule vbique tereti. Calyx quaſi folioſus.

293. ERIGERON. Flöhkraut.

Recept. nudum. *Pappus* piloſus. *Cor.* radii lineares, anguſtiſſimi.

685. E. (*canadenſe*) caule floribus paniculatis, hirtis, fol. lanceolatis ciliatis.

H. am Elbdamme, et alibi in cultis et ruderatis, copioſiſſime. Fl. aeſtate.

Planta quondam Americana pappo ſuo mire ſe propagans, nunc vulgaris in Germania.

686. E. (*acre*) pedunculis alternis vnifloris. Blaue Dürrwurz.

H. auf dem Anger bey der groſſen Weidenallee, et alibi in ſiccis, paſſim. Fl. Auguſto, Septembri.

Herba Ruga Wedelii, quam recte inter abſtergentia refert.

fert. Decocti ſpecie pituitam pulmonum incidit et expurgat. *Veg.*

294. SOLIDAGO. Goldruthe.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii circiter 5. *Cal.* ſquamae imbricatae, clauſae.

687. S. (*Virgaurea*) caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. Gülden Wundkraut; Heidniſch Wundkraut.

H. varietas altior foliis integerrimis im Friedrichsholze bey Zerbſt; auch gegen Gommern hin. Fl. Auguſto.

Offic. VIRGAE AVREAE Herba. Inter praecipuas vulnerarias tonicasque refertur, eoque nomine balſamis vulnerariis et decoctis additur. *Veg.*

295. CINERARIA. Aſchenpflanze.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſimplex, polyphyllus, aequalis.

688. C. (*paluſtris*) floribus corymboſis, fol. latolanceolatis dentato-ſinuatis, caule villoſo. Iacobaea paluſtris altiſſima ſuaueolens foliis diſſectis. *Rupp. Ien. p. 178.*

H. in paludibus zwiſchen Colphus und Cyprena, et alibi, frequens. Fl. Iunio.

296. SENECIO. Kreuzwurz.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* cylindricus, calyculatus; ſquamis apice ſphacelatis.

* *Floribus floſculoſis.*

689. S. (*vulgaris*) corollis nudis, fol. pinnato-ſinuatis amplexicaulibus, flor. ſparſis. Kreuzkraut.

H. inter olera in cultis copioſiſſime. Fl. per totum fere annum.

Aeſtum temperat et vulnerariam poſſidet virtutem. Externe in lacte coctus ad teſtium inflammationes admouetur.

uetur. *Veg.* Seminibus delectantur paſſeres canori caueis incluſi.

** *Floribus radiatis, radio reuoluto.*

690. S. (*viſcoſus*) corollis reuolutis, fol. pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii.

H. auf dem Schloßhofe; in arenoſis hinter Monplaiſir, et alibi, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

691. S. (*ſyluaticus*) corollis reuolutis, fol. pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto.

H. in ſylua zwiſchen der Poleymühle und Tochheim. Fl. Iunio, Iulio.

Hall. Rupp. Ien. p. 177. *tab.* 3.

*** *Floribus radiatis; radio patente, fol. pinnatifidis.*

692. S. (*erucaefolius*) corollis radiantibus, fol. pinnatifidis dentatis ſubhirtis, caule erecto.

H. ad dumeta bey Cyprena frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

693. S. (*Iacobaea*) corollis radiantibus, fol. pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto. Jakobsblume.

H. ad dumeta in der Gurgel, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Herba viridi colore tingit.

**** *Floribus radiatis; radio patente, fol. indiuiſis.*

694. S. (*paludoſus*) corollis radiantibus, fol. enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubuilloſis, caule ſtricto.

H. ad ſtagna hinter Monplaiſir; ad Salam in der Hinterluke, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Planta procera ad ſexpedalem altitudinem adſcendens.

695. S. (*nemorenſis*) corollis radiantibus octonis, fol. lanceolatis biſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo.

H. trans Albim in ſalioeto rechter Hand, ehe man nach Tochheim kommt. Fl. Iulio.

696. S. (*ſaracenicus*) corollis radiantibus, flor. corymboſis, fol. lanceolatis ſerratis glabriuſculis.

H. in dumetis bey Cyprena; im Buſche hinter Kleinroſenburg. Fl. Iulio, Auguſto.

Laudatur ad mala ex lapſu in decocto potatus. Folia lato-lanceolata, glabra, acute ſerrata. Corollae radii plerumque quinque.

297. TVSSILAGO. Huflattich.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cal.* ſquamae aequales, diſcum aequantes, ſubmembranaceae.

697. T. (*Farfara*) ſcapo vnifloro imbricato, fol. ſubcordatis angulatis denticulatis. Brandlattich; Haberlattich.

H. in humidis in der Gurgel; bey Döben; bey Tochheim. Fl. Martio, Aprili.

Offic. TVSSILAGINIS ſ. FARFARAE Radix, Herba, Flores. Vis leniens et aperiens. Vſus maxime eſt in morbis thoracis, tuſſi, raucedine, aſthmate. Vel ex aqua decoquitur, vel ſuccus potatur. *Vog.* Externe folia vlceribus imponi ſolent.

698. T. (*alba*) thyrſo faſtigiato, floſculis femineis nudis paucis. Kleine Peſtilenzwurz.

H. ad Albim auf Ranies bald Gelinde gegen über. Fl. Aprili.

298. ASTER. Sternkraut.

Recept. nudum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii plures 10. *Cal.* imbricati ſquamae inferiores patulae.

699. A. (*Tripolium*) fol. lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inaequatis, flor. corymboſis.

H. ad Albim bey den Schifmühlen copioſe. Fl. Iulio, Auguſto.

700.

700. A. (*Amellus*) fol. lanceolatis obtuſis ſcabris trineruiis integris, pedunc. nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis.

H. im Elbwerder; rarius. Fl. Auguſto, Septembri.
Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Virg.

299. ANTHEMIS. Chamille.

Recept. paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* hemiſphaericus, ſubaequalis. *Floſculi* radii plures quam 5.

* *Radio albo.*

701. A. (*aruenſis*) recept. conicis, paleis ſetaceis, ſem. coronato-marginatis.

H. ad vias am Ende der kleinen Weidenallee, et alibi in agris et ad eorum margines, frequens. Fl. aeſtate.

702. A. (*Cotula*) recept. conicis, paleis ſetaceis, ſem. nudis. Krötentill; Hundschamillen.

H. in plateis vorm Schloßthore; am Stadtgräben gegen das Fürſtenhaus; copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. COTVLAE FOETIDAE Herba, Flores. Ab antecedente praecipue loco et odore, vt et habitu, diſtinguitur. Bufonibus gratiſſima planta. Aſthmate correptis pecoribus porrigitur. Inſueta, eximia. *Linn.* Vrinam pellere, pulmones liberare, bilem atram ducere dicitur. *Vog.*

** *Radio luteo.*

703. A. (*tinctoria*) fol. bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. Rindsaug.

H. ad dumeta trans Albim dem Schloſſe gegen über, et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.

Flores praebent colorem luteum.

300. ACHILLEA. Garben.

Recept. paleaceum. *Pappus* nullus. *Cal.* ouatus, imbricatus. *Floſculi* radii circiter 4.

704. A. (*Ptarmica*) fol. lanceolatis acuminatis argute ſerratis. Weiſſer Dorand.
H. im Elbwerder, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.
Offic. PTARMICAE Herba, Flores. Acris eſt et aromatica. Puluis in nares attractus pituitam prolicit. *Vog.*

705. A. (*Millefolium*) fol. bipinnatis nudis, laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. Schafgarbe.
H. ad vias, et alibi, copioſiſſime. Fl. aeſtate.
Offic. MILLEFOLII Herba, Flores. Vniuerſaliter in omnibus morbis internis, qui a ſpaſmis oriuntur, magnae eſt vtilitatis. Externe inflammationes diſcutit et vulnera conſolidat. *Vog.* Stahliana, trita. *Linn.*

706. A. (*nobilis*) fol. bipinnatis, inferioribus nudis planis, ſuperioribus obtuſis tomentoſis, corymbis conuexis confertiſſimis.
H. in aridis apricis auf dem Mühlinger Berge, frequens, Fl. Maio, Iunio.
Vires medicae in hac ſunt eaedem, ac in praecedenti; ſed adhuc praeſtantiores. *Vog.* Folia in ramis ſummis floralibus ſimplicia, ſemipinnata, integerrima. Caules non ſulcati. Florum radius demum reflectitur, vt non appareat.

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

301. CENTAVREA. Flockblume.
Recept. ſetoſum. *Pappus* ſimplex. *Cor.* radii infundibuliformes, longiores, irregulares.

707. C. (*phrygia*) calyc. recuruato-plumoſis, fol. indiuiſis oblongis ſcabris.
H. im Friedrichsholze bey Zerbſt. Fl. Iulio, Augusto.

708. C. (*Cyanus*) calyc. ſerratis, fol. linearibus integerrimis, infimis dentatis. Kornblume.
H. inter ſegetes vbique. Fl. Iunio.

Offic.

Offic. CYANI Flores. In infuſione vrinam cient, hincque in hydrope laudantur. *Vog.* Exoleta, inſida, ſuperflua. *Linn.*

709. C. (*paniculata*) calyc. ciliatis, ſquamis planis; fol. bipinnatis, rameis pinnatifidis linearibus, caule paniculato.

H. auf dem Anger hinter der Gurgel an der Elbe; bey Zeiz und Döben in verſuris et collibus frequens. Fl. Iunio, Iulio.

710. C. (*Scabioſa*) calyc. ciliatis, fol. pinnatifidis, pinnis lanceolatis.

H. in verſuris bey Calbe; bey Zens; circa Barbium rarius. Fl. Iunio, Iulio.

711. C. (*Iacea*) calyc. ſcarioſis laceris, fol. lanceolatis; radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis.

H. in pratis et gramineis vbique. Fl. aeſtate.

Tingit lanas colore flauo.

712. C. (*Calcitrapa*) calyc. ſubduplicato-ſpinoſis ſeſſilibus, fol. pinnatifidis linearibus dentatis, caule piloſo. Sterndiſtel.

H. auf dem Anger et in aggeribus et verſuris, frequens. Fl Iulio, Auguſto.

Offic. CALCITRAPAE Radix. Vſus in febribus intermittentibus. Inſueta. *Linn.* Flos purpureus. Caulis prolifer.

713. C. (*ſolſtitialis*) calyc. duplicato-ſpinoſis ſolitariis, foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis; radicalibus lyrato-pinnatifidis.

H. in campis vor dem Gnez; forte cum ſemine Medicaginis ſatiuae aliunde allata. Fl. Auguſto, Septembri.

Corolla lutea. Flores terminales ſolitarii. Pedunculi longiſſimi, folioſi. Spinae calycis longiores ſub calyce, baſi tantum dentatae.

302. COREOPSIS. Wanzengeſicht.

Recept. paleaceum. *Pappus* bicornis. *Cal.* erectus, polyphyllus, baſi radiis patentibus cinctus.

714. C. (*Bidens*) fol. lanceolatis ſerratis oppoſitis amplexicaulibus.

H. in vliginoſis hinter Walternienburg; auch gegen Sommern. Fl. Auguſto.

Simillima Bidenti cernuae; ſed flos eleganter radiatus, quod non in illa.

POLYGAMIA NECESSARIA.

303. FILAGO. Fadenkraut.

Recept. nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* imbricatus. *Floſculi feminei* inter ſquamas calycis locati.

715. F. (*germanica*) panicula dichotoma, flor. rotundatis axillaribus hirſutis, fol. acutis. Ruhrkraut; Feldkätzlein; Engelblumen.

H. in agris bey der Lindenallee, et alibi in ſiccis, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Magnitudine capitulorumque diſpoſitione variat.

716. F. (*montana*) caule ſubdichotomo erecto, floribus conicis terminalibus axillaribusque.

H. in ſiccis ſterilibus auf dem Anger gegen Monplaiſir, frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

Foliis tenuibus, floribus ſparſis albis diſtinguitur.

717. F. (*aruenſis*) caule paniculato, flor. conicis lateralibus.

H. in agris ad viam gegen Zeiz, et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.

304. CALENDVLA. Ringelblume.

Recept. nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* polyphyllus, aequalis. *Sem.* diſci membranacea.

718. C. (*officinalis*) ſem. cymbiformibus muricatis incuruatis omnibus.

H.

H. inter olera im Herzogsgarten, et alibi in cultis. Fl. Iulio.

Offic. CALENDVLAE Herba, Flores, Semina. Vis pellens, emmenagoga, ſudorifera. Trita, praeſtans. *Linn.*

POLYGAMIA SEGREGATA.

305. ECHINOPS. Bieſenknopf; Kugeldiſtel.

Calyx 1-florus. *Corollae* tubuloſae, hermaphroditae. *Recept.* ſetoſum. *Pappus* obſoletus.

719. E. (*ſphaerocephalus*) capitulis globoſis, fol. ſinuatis pubeſcentibus.

H. ad dumeta bey der Böſener Mark inter Carduos et Dipſacum. Fl. Iulio, Auguſto.

Planta ſpecioſa, alias etiam in hortis culta.

MONOGAMIA.

306. IASIONE. Jaſione.

Cal. communis 10-phyllus. *Cor.* 5-petala, regularis. *Capſ.* infera, bilocularis.

720. I. (*montana*).

H. hinter dem Gnez; um Gnadau; frequentius autem in ſiccis aridis trans Albim. Fl. Iunio, Iulio.

307. VIOLA. Veilchen; Violen.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, poſtice cornuta. *Capſ.* ſupera, 3-valuis, 1-locularis.

 * *Acau-*

* *Acaules.*

721. V. (*hirta*) acaulis, fol. cordatis piloſo-hiſpidis.
H. trans Salam von der Fähre nach Großroſenburg hin.
Fl. Aprili, Maio.

722. V. (*paluſtris*) acaulis, fol. reniformibus.
H. in turfoſis paludoſis hinter Walternienburg gegen die Polenmühle; auch bey Gommern. Fl. Aprili, Maio.
Corolla alba aut coeruleo-albida, petalo inferiore venis purpureis picto.

723. V. (*odorata*) acaulis, fol. cordatis, ſtolonibus reptantibus. Merzviolen.
H. ad ſepes im Schloßgarten, et alibi, copioſe. Fl. Martio, Aprili.
Offic. VIOLAE Flores, Semina; it. VIOLARIAE Herba. Herba ad emollientes refertur et clementer aluum ſubducit. Flores cordialibus accenſentur, analepticam obtinent virtutem, tuſſim leniunt, raucitatem tollunt. *Vog.* Trita, praeſtans; Herba ſuperflua. *Linn.*

** *Cauleſcentes.*

724. V. (*canina*) caule adultiore adſcendente, fol. oblongo-cordatis. Hundsviolen.
H. im Gnez, et alibi, paſſim. Fl. Aprili.

725. V. (*montana*) caulibus erectis, fol. cordatis oblongis.
H. ad ſyluam linker Hand, ehe man nach Flöz kommt.
Fl. Maio.

*** *Stipulis pinnatifidis; ſtigmate vrceolato.*

726. V. (*tricolor*) caule triquetro diffuſo, fol. oblongis inciſis, ſtipulis pinnatifidis. Stiefmütterchen; Dreyfaltigkeitsblume; Freiſamkraut.
H. trans Albim in agris arenoſis vbique; et quidem varietates flore candido et luteo; atque flore coeruleo et candido. Fl. Aprili et tota aeſtate.
Planta vix datur, in qua euidentius perſpicitur generationis opus, quam in huius cauo apertoque ſtigmate. *Linn.*

308.

308. IMPATIENS. Springkraut.

Cal. 2-phyllus. *Cor.* 5-petala, irregularis, nectario cucullato. *Capſ.* ſupera, 5-valuis.

727. I. (*noli tangere*) pedunculis multifloris ſolitariis, fol. ouatis, geniculis caulinis tumentibus.

H. an der Ruthe hinter Walternienburg; et alibi trans Albim in ſyluis vmbroſis. Fl. Iunio, Iulio.

Capſulae maturae tactae ſemina elaſtice explodunt. Noctu obdormit foliis pendulis. Venenata perhibetur. Folia tamen extus imponi poſſunt haemorrhoidibus. *Vog.*



CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

309. ORCHIS. Ragwurz.

Nectarium corniforme pone florem.

* *Bulbis indiuiſis.*

728. O. (*biſolia*) bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato integerrimo; cornu longiſſimo, petalis patentibus. Biſamknabenkraut; Nachtviolen quibusdam.

H. im Zeizer Buſche. Fl. Maio, Iunio.

Offic. SATYRII Radix. Tabidis et ſenibus commendatur. Tormina dyſentericorum compeſcit. Flos noctu odoratiſſimus. Labium lanceolatum. Petala alba patentia.

729. O. (*globoſa*) bulbis indiuiſis, nectarii labio reſupinato trifido; media emarginata, cornu breui petalis apice ſubulatis.

H. in editis gegen Zens. Fl. Maio, Iunio.

Bulbi fuſiformes. Spica denſiſſima breuis. Flores reſupinati, purpuraſcentes.

730. O. (*coriophora*) bulbis indiuiſis, nectarii labio trifido reflexo crenato; cornu breui, petalis conniuentibus.

H.

H. bey Friederikenberg im Birkenbuſche. Fl. Iunio.
Labium trifidum, ſerratum.

731. O. (*Morio*) bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido crenulato; cornu obtuſo adſcendente, petalis obtuſis conniuentibus.

H. im Lietzker Buſche hinter Gehren. Fl. Maio, Iunio.
Offic. SALEP Radix. Vis lubricans, nutriens, aphrodiſiaca. Labium lateribus crenulatum, trifidum media emarginata. Petala obtuſa, lineata.

732. O. (*uſtulata*) bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro; cornu obtuſo, petalis diſtinctis.

H. cum praecedente. Fl. Maio.
Labium trifidum media biloba productiore punctis ſcabris. Petala diſtincta.

** *Bulbis palmatis.*

733. O. (*latifolia*) bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico; labio trilobo lateribus reflexo; bracteis flore longioribus.

H. in alnetis bey Walternienburg linker Hand, et alibi. Fl. Maio.
Radices in duos vel tres digitos diuiſae. Folia parum maculata. Petala duo lateralia ſurſum flexa; tria vero conniuentia. Nectarii labium ſerratum, obſcure trilobum. Caulis fiſtuloſus.

734. O. (*ſambucina*) bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico, labio ouato ſubtrilobo; bracteis longitudine florum.

H. hinter Walternienburg linker Hand, wo man nach Gehren gehet. Fl. Aprili, Maio.
Variat floribus albis et rubris. Labium ſerratum, trilobum, media emarginata punctis purpureis. Deſcriptio ampla videatur *Fl, Suec.* 2. *p.* 313.

735. O. (*maculata*) bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breuiore; labio plano, petalis dorſalibus erectis.

H. bey Steckby; bey Gödnitz, et alibi. Fl. Iunio.

Labium

Labium crenatum, trilobum, media anguſtiſſima integerrima. Caulis ſolidus. Calcar breuius. Petala lateralia patula. Bracteae non flore longiores.

736. O. (*conopſea*) bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore; labio trifido, petalis duobus patentiſſimis.

H. in pratis ſyluaticis bey Friederikenberg. Fl. Maio.
Labium aequale trifidum crenulatum, intermedia integerrima.

310. OPHRYS. Knabenkraut.

Nectarium ſubtus ſubcarinatum.

737. O. (*Nidus auis*) bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato aphyllo, nectarii labio bifido.

H. im Zeizer Buſche. Fl. Maio, Iunio.

738. O. (*ouata*) bulbo fibroſo, caule bifolio, fol. ouatis, nectarii labio bifido. Zweyblatt; Rattenſchwanz.

H. im Zeizer Buſche. Fl. Maio, Iunio.
Labium lineare.

311. SERAPIAS. Stendelwurz.

Nectarium ouatum, gibbum, labio ouato.

739. S. (*latifolia*) bulbis fibroſis, fol. ouatis amplexicaulibus, flor. pendulis. Serapias Helleborine. *Sp. pl. p. 1344.*

H. im Zeizer Buſche; auch in ſyluaticis auf Ranies, frequens. Fl. Iulio.
Flores fructusque penduli. Nectarium lineis nullis. Folia amplexicaulia. Spica multiflora, longa. Petioli longi.

HEXANDRIA.

312. ARISTOLOCHIA. Oſterlucey.

Hexagyna. *Cal.* 0. *Cor.* 1-petala, lingulata, integra. *Capſ.* 6-locularis infera.

740.

740. A. (*Clematitis*) fol. cordatis, caule erecto, flor. axillaribus confertis.

H. bey Cyprena; auch am Thierberge bey Zachmünde in dumetis. Fl. aeſtate.

Offic. ARISTOLOCHIAE VVLGARIS Radix. Ad podagrae tam praeſeruationem quam curationem laudatur. Externe puluis carnes fungoſas abſumit, cariem repurgat, et vlcera vulneraque ſanat.

POLYANDRIA.

313. CALLA. Drachenwurz.

Spatha plana. *Spadix* tectus floſculis. *Cal.* o. *Petala* o. *Baccae* polyſpermae.

741. C. (*paluſtris*) fol. cordatis, ſpatha plana, ſpadice vndique hermaphrodito. Waſſerdrachenwurz; Klappen.

H. am Butterdamme bey Zerbſt. Fl. Iulio.

Panis paratur e radice in Weſtbotnia. *Linn.*

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

314\. CHARA. Armleuchter.

MASC. *Cal.* 0. *Cor.* 0. *Anthera* germini ſubiecta.

FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stigma* 5-fidum. *Sem.* 1.

742\. C. (*vulgaris*) caulibus laeuibus, frondibus interne dentatis. Stinkendes Waſſerſchaftheu.

H. in foſſis gegen Zeiz, wenn man nach Salze gehet. Fl. Iunio.

Inter Cryptogama relata *Sp. Pl.* 2. *p.* 1624. et *Fl. Suec.* 2. *p.* 427.

DIANDRIA.

315\. LEMNA. Waſſerlinſen; Entenſpeiſe.

MASC. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* nulla.

FEM. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Stylus* 1. *Capſ.* vnilocularis.

743\. L. (*triſulca*) fol. petiolatis lanceolatis.

H. im Graben bey den Baraken, et alibi. Fl. Iunio, Iulio.

Creſcit

Creſcit more Opuntiae ſine prolifero caule et complanato, ſemper decuſſato.

744. L. (*minor*) fol. ſeſſilibus vtrimque planiuſculis, radic. ſolitariis.

H. in aquis quietis vbique. Fl. Iunio, Iulio.

Anatum cibus gratiſſimus. Floret quotannis ſub canicula.

745. L. (*gibba*) fol. ſeſſilibus ſubtus hemiſphaericis, radic. ſolitariis.

H. im Teiche bey Colphus, et alibi cum praecedente, cuius varietas tantum eſt ſecundum *Gerardum*. Fl. Iulio, durante floreſcentia per tres hebdomadas.

746. L. (*polyrhiza*) fol. ſeſſilibus, radic. confertis.

H. in foſſis et ſtagnis cum praecedentibus copioſe. Fl. Iunio, Iulio.

TRIANDRIA.

316. CAREX. Riedgras.

MASC. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0.

FEM. Amentum imbricatum. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* 0. *Nectarium* inflatum, 3-dentatum. *Stigm.* 3. *Sem.* triquetrum, intra nectarium.

* *Spicis androgynis.*

747. C. (*arenaria*) ſpica compoſita, ſpiculis androgynis; inferioribus remotioribus foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro.

H. in arenoſis hinter Monplaiſir, et alibi trans Albim, copioſe. Fl. Iunio.

Deſcriptio *Fl. Suec.* 2. *p.* 325.

748. C. (*leporina*) ſpica compoſita, ſpiculis ouatis ſeſſilibus approximatis alternis androgynis nudis.

H. in gramineis im Schloßgarten; bey der kleinen Weidenallee, et alibi, frequens. Fl. Maio.

749.

749. C. (*vulpina*) ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore, ſpiculis ouatis androgynis glomeratis; ſuperne maſculis.

H. ad foſſas bey den Windmühlen, et alibi, frequens. Fl. Maio, Iunio.

Culmus craſſus, firmus, exquiſite triangularis.

750. C. (*muricata*) ſpiculis ſubouatis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis acutis diuergentibus ſpinoſis.

H. beym ſauren Ziez, et alibi, paſſim. Fl. Iunio.

Spica breuis. Folia carinata.

751. C. (*remota*) ſpicis ouatis ſubſeſſilibus remotis androgynis, bracteis culmum aequantibus.

β. Carex axillaris. *Sp. Pl. p. 1382.*

H. in alnetis humidis an der Ruthe hinter Walternienburg. Fl Maio, Iunio,

Spiculae plerumque duae haerent in alis foliorum culmum ſuperantium; tum vnica cum folio florali mediocri; tandem ſpiculae circa quatuor ſubnudae.

752. C. (*elongata*) ſpiculis oblongis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis ouatis acutis.

H. cum praecedente. Fl. Maio, Iunio.

Spica vniuerſalis conſtat circiter ſex ſpiculis, inferioribus duas lineas, ſuperioribus vnam lineam a ſe inuicem diſtantibus.

** *Spicis ſexu diſtinctis; femineis ſeſſilibus.*

753. C. (*montana*) ſpicis femineis ſeſſilibus ſubſolitariis ouatis maſculae approximatis, culmo nudo, capſulis pubeſcentibus.

H. ad viam am Graben gegen Zeiz wo man nach Salze gehet. Fl. Aprili, Maio.

Folia mollia, flaueſcentia. Culmi filiformes, nudi, ſpithamei. Spica feminea euadit maturitate nigra.

754. C. (*globularis*) ſpica maſcula oblonga, feminea ſeſſili ouata folio florali breuiori approximata.

H. ad vias et aggeres foſſarum an der Pfingſtwieſe bey Gnadau, et alibi, frequens. Fl. Aprili.

755. C. (*filiformis*) ſpica maſcula oblonga, femineis ſeſſilibus oblongis; inferiore foliolo proprio breuiore.
H. trans Salam gegen Breitenhagen. Fl. Aprili, Maio.

*** *Spicis ſexu diſtinctis; femineis pedunculatis.*

756. C. (*Pſeudo-Cyperus*) ſpicis pendulis, pedunculis geminatis.
H. in paludoſis beym Teiche hinter Badez. Fl. Maio.

757. C. (*caeſpitoſa*) ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus; maſcula terminali, culmo triquetro.
H. ad foſſam gegen Zeiz auf dem Wege nach Salze. Fl. Aprili, Maio.
Deſcriptio *Fl. Suec.* 2. *p.* 333.

758. C. (*diſtans*) ſpicis remotiſſimis ſubſeſſilibus, bractea vaginali, capſulis angulatis mucronatis.
H. ad foſſas um die Pfingſtwieſe bey Gnadau. Fl. Maio, Iunio.
A C. caeſpitoſa differt ſpicis longe diſtantibus, breuiter pedunculatis, nec nutantibus; capſulis acuminatis; ſquama calycina acuta.

**** *Spicis ſexu diſtinctis; maſculis pluribus.*

759. C. (*acuta*) ſpicis maſculis pluribus, femineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis.
H. in foſſis bey der Böſener Mark, et alibi, frequens. Fl. Aprili, Maio.
In pratis ſiccis vncialis, in aquoſis ſaepe tripedalis euadit polymorpha planta.

760. C. (*veſicaria*) ſpicis maſculis pluribus, femineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis.
H. ad foſſas bey Cyprena, et alibi. Fl. Maio.
Varietas β. Gramen cyperoides ſylvarum tenuius ſpicatum RAII, etiam occurrit ad foſſas paſſim.

761. C. (*hirta*) ſpicis remotis, maſculis pluribus, femineis ſubpedunculatis erectis, capſulis hirtis.
H. auf dem Anger, et alibi, copioſe. Fl. Iunio.
Pubeſcunt folia, ſpicae maſculae et capſulae. Spicae

maſculae ſaepius tres ſunt, feminea valde remota, erecta, pedunculata.

Carices omnes in aetate tenera pecoribus pabulo, ſi aliud non ſuppetat, eſſe poſſunt. Si autem adoleuerint, a pecoribus comedi nequeunt, iisque ſunt noxiae; hinc e pratis, ſi fieri poteſt, eradicandae. *Schreb.*

317. SPARGANIVM. Igelsknoſpen.

MASC. Amentum ſubrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o.

FEM. Amentum ſubrotundum. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* o. *Stigma* 2-fidum. *Drupa* exſucca, 1-ſperma.

762. S. (*erectum*) foliis erectis triquetris.
H. in foſſis et ſtagnis vbique. Fl. Iulio.

318. TYPHA. Kolben.

MASC. Amentum cylindricum. *Cal.* obſoletus, 3-phyllus. *Cor.* o.

FEM. Amentum cylindricum, infra maſculos. *Cal.* capillo villoſo. *Cor.* o. *Sem.* 1, inſidens pappo capillari.

763. T. (*latifolia*) fol. ſubenſiformibus, ſpica maſcula feminneaque approximatis.
H. in foſſis vom Weinberge nach Pömelte zu; et alibi. Fl. Iulio, Auguſto.
Spathae 2 deciduae, altera ad ſpicae maſculae baſin, altera ad eius medium.

764. T. (*anguſtifolia*) fol. ſemicylindricis, ſpica maſcula feminneaque remotis.
H. in ſtagnis vor der kleinen Weidenallee; in den Pröbſſümpfen, et alibi; frequentior, quam praecedens. Fl. Iulio, Auguſto.
Foliis vtuntur vietores ad doliorum circulos firmandos. Pappus typharum loco plumarum a pauperibus immittitur puluinaribus.

TE-

TETRANDRIA.

319. VRTICA. Neſſel.

MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Nectarium* centrale, cyathiforme.

FEM. *Cal.* 2-valuis. *Cor.* o. *Sem.* 1, nitidum.

765. V. (*pilulifera*) fol. oppoſitis ouatis ſerratis, amentis fructiferis globoſis. Römiſche Neſſeln.

H. inter olera im Paradiſe, rarius. Fl. aeſtate.

Offic. VRTICAE ROMANAE ſemen. Vim diureticam habet. Ad ſanguinis fluxus ſiſtendos praedicatur.

766. V. (*vrens*) fol. oppoſitis oualibus. Heiterneſſel; Eiterneſſel.

H. in cultis vbique. Fl. aeſtate.

Recens conſciſſa pullis meleagridum in cibo datur. Recipitur etiam primo vere in iuſcula, aut pani butyro illito immittitur. Contra phthiſin a nonnullis extollitur. Stupenda ſtructura plantae, qua pungat et vrat, oculo armato inſpicienda. *Linn.*

767. V. (*dioica*) fol. oppoſitis cordatis, racemis geminis. Brennneſſel; groſſe Neſſel.

H. in ruderatis vulgaris. Fl. aeſtate.

Offic. VRTICAE MAIORIS Radix, Herba, Semina. Et haec primo vere coquitur et editur. Ouibus ſalutaris exiſtimatur. Adſtringens eſt in mictu cruento, hæmoptyſi et haemorrhagiis ſcorbuticis, dum ad aliquot vncias ſuccus bibendus datur. *Vog.* Schaefferus papyrum e cortice conficere docuit.

320. BETVLA. Birke.

MASC. *Cal.* 1-phyllus, 3-fidus, 3-florus. *Cor.* 4-partita.

FEM. *Cal.* 1-phyllus, ſub-3-fidus, 2-florus. *Sem.* vtrimque membrana alata.

768. B. (*alba*) fol. ouatis acuminatis ſerratis. Birke; Mayen.

H. im Zeizer Buſche; trans Albim frequentius. Fl. Aprili, Maio.

Offic. BETVLAE ſuccus. Cortice primo vere, antequam folia proueniant, inciſo, hic ſuccus profluit, et eſt contra calculum, ſcabiem, ſcorbutum. Vſitata, praeſtans. *Linn.* Lignum ad varia inſtrumenta ruſtica vtiliſſimum.

769. B. (*Alnus*) pedunculis ramoſis. Erlen; Ellern.

H. cis Albim beym Gnez, et alibi, infrequens; trans Albim paſſim copioſe. Fl. Aprili.

Offic. ALNI Folia, Cortex. Folia vlceribus tibiarum et fonticulis prurientibus maximo cum fructu imponi dicuntur. *Vog.* Lignum pro fornace minoris pretii, ſed ſub aqua perenne; hinc, vbi ſub aqua fundamenta pro aedificiis conſtruenda, et in ſimilibus caſibus, vtiliſſimum. Carbones ſunt ad puluerem pyrium.

PENTANDRIA.

321. XANTHIVM. Spitzklette.

MASC. *Cal.* communis imbricatus. *Cor.* 1-petalae, 5-fidae, infundibuliformes. *Recept.* paleaceum.

FEM. *Cal.* inuolucrum 2-phyllum, 2-florum. *Cor.* 0. *Drupa* ſicca, muricata, 2-fida. *Nucleus* 2-locularis.

770. X. (*ſtrumarium*) caule inermi, fol. cordatis trineruatis. Kleine Klette; Bettlerläuſe.

H. auf dem Schloßhofe; am Stadtgraben gegen Gethſemane; et alibi in ruderatis humidiuſculis. Fl. Iulio.

Offic. XANTHII Semina. Succus laudatur ad ſcrophulas et ad depurandum ſanguinem. *Vog.* Semen intus ſumtum in Eryſipelate tamquam arcanum habetur. *Linn.*

322.

322. AMARANTHVS. Tauſendſchön.

MASC. *Cal.* 3-ſ. 5-phyllus. *Cor.* o. *Stamina* 3. ſeu 5.

FEM. *Cal.* 3-ſ. 5-phyllus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſ.* 1-locularis, circumſciſſa. *Sem.* 1.

771. A. (*Blitum*) glomerulis lateralibus, floribus trifidis, fol. ouatis, retuſis; caule diffuſo. Mayer.
H. inter olera in hortis et cultis frequens. Fl. Iulio, Auguſto.

POLYANDRIA.

(Plura quam 7.)

323. SAGITTARIA. Pfeilkraut.

MASC. *Cal.* 3-phyllus. *Cor.* 3-petala. *Filamenta* fere 24.

FEM. *Cal.* 3-phyllus. *Corolla* 3-petala. *Piſt.* multa. *Sem.* multa, nuda.

772. S. (*ſagittaefolia*) fol. ſagittatis acutis.
H. in foſſis auf dem Anger, et alibi, frequens. Fl. Iunio, Iulio.
Chinenſes Sagittariam ſerunt, vt bulbum radicis pro culina obtineant, quem copioſe edunt. *Linn.*

324. MYRIOPHYLLVM. Waſſerfederball.

MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Stam.* 8.

FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* o. *Piſt.* 4. *Stylus* o. *Sem.* 4. nuda.

773. M. (*ſpicatum*) flor. maſculis interrupte ſpicatis.
H. in foſſis et piſcinis von Colphus nach Cyprena, et alibi, copioſe. Fl. Iulio.
Spica aphylla.

774. M. (*verticillatum*) flor. omnibus verticillatis hermaphroditis.
H. cum praecedente, paſſim. Fl. Iulio.
Folia quaterna.

325. CERATOPHYLLVM. Zinkenblatt.

MASC. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Stam.* 16-20.

FEM. *Cal.* multipartitus. *Cor.* o. *Piſt.* 1. *Stylus* o. *Sem.* 1, nudum.

775. C. (*demerſum*) fol. dichotomo-bigeminis, fruct. triſpinoſis.

H. im Graben gegen Cyprena, et alibi in ſtagnis ſub aqua, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

776. C. (*ſubmerſum*) fol. dichotomo-trigeminis, fructibus muticis.

H. in foſſis gegen Badez. Fl. Iulio.

Fructus glabri. Planta minor et tenerior, quam praecedens: folia etiam minora.

326. POTERIVM. Megelkraut.

MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Stam.* 30-40.

FEM. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 4-partita. *Piſt.* 2. *Bacca* e tubo corollae indurato.

777. P. (*Sanguiſorba*) inerme, caulibus ſubanguloſis. Welſche Pimpinell.

H. inter olera in hortis noſtris, paſſim; forſan olim ſata. Fl. Iunio.

Offic. PIMPINELLAE MINORIS ſ. SANGVISORBAE Herba, Semina. Vis adſtringens, vulneraria. Ad plantas pertinet, quae in iuſculis frequenter comeduntur.

327. FAGVS. Buche.

MASC. *Cal.* 5-fidus, campanulatus. *Cor.* o. *Stam.* 12.

FEM. *Cal.* 4-dentatus. *Cor.* o. *Styli* 3. *Capſula* (calyx antea) muricata, 4-valuis. *Sem.* 2.

778. F. (*ſyluatica*) fol. ouatis obſolete ſerratis. Roth-buche.

H. apud nos culta im Herzogsgarten; trans Albim paſſim vaſtas ſyluas conſtituens. Fl. Aprili, Maio.

Offic. FAGI Fructus. Vis temulentans, cephalalgica. Exoleta, infida. *Linn.* Arbor topiaria pro ſepibus. Glandibus pingueſcunt ſues lardo laxo.

328. QVERCVS. Eiche.

MASC. *Cal.* 5-fidus fere. *Cor.* 0. *Stam.* 5-10.

FEM. *Cal.* 1-phyllus, integerrimus, ſcaber. *Cor.* 0. *Styli* 2-5. *Sem.* 1, ouatum.

779. Q. (*Robur*) fol. deciduis oblongis ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis.

H. vbique, et noſtras praecipue conſtituit ſyluas. Fl. Maio.

Offic. QVERCVS Cortex, Folia, Glandes, Cupulae. Glandes ad ſodam efficaces ſunt. Decoctum ore exceptum odontalgiam ſedat. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.* Glandibus ſues pingueſcunt. Ligni vſus notiſſimus.

329. CORYLVS. Haſelſtaude.

MASC. *Cal.* 1-phyllus, 3-fidus, ſquamiformis, 1-florus. *Cor.* 0. *Stam.* 8.

FEM. *Cal.* 2-phyllus, lacerus. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Nux* ouata.

780. C. (*Auellana*) ſtipulis ouatis obtuſis.

H. im Gehez, et alibi, frequens. Fl. Martio.

Offic. CORYLI Lignum, Nuces. Nucum oleum anodynum eſt, et calculoſis hominibus ob vim lenientem ſalutare. *Vog.* Carbones ad delineationes pictorum, ſculptorum, aurifabrorum vſurpantur.

330. CARPINVS. Hainbüche; Hagebuche.

MASC. *Cal.* 1-phyllus, ſquama ciliata. *Cor.* 0. *Stam.* 20.

FEM. *Cal.* 1-phyllus, ſquama ciliata. *Cor.* 0. *Germina* 2. *Styli* ſingulis 2. *Nux* ouata.

781. C. (*Betulus*) ſquamis ſtrobilorum planis.

H. culta hinter dem Gnez; auf Ranieß, et alibi, frequens. Fl. Aprili, Maio.

Arbor topiaria pro ſepibus. Lignum album tenaciſſimum, pondera ſuſtinet immenſa. Cortex interior lanas luteo colore inficit. *Linn.*

MONADELPHIA.

331. PINVS. Fichte.

MASC. *Cal.* 4-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* plurima. *Antherae* nudae.

FEM. *Cal.* ſtrobili; ſquama 2-flora. *Cor.* 0. *Piſt.* 1. *Nux* ala membranacea excepta.

782. P. (*ſylueſtris*) fol. geminis; primordialibus ſolitariis glabris. Kiefer; Föhre.

H. trans Albim bey Friederikenberg, et alibi, ſyluas conſtituens. Fl. Maio.

Offic. PINI Turiones ſ. Summitates, Reſina. Summitates ſcorbuticos humores corrigunt; dolores articulorum et rheumaticos curant: decoctae ex cereuiſia vel vino potantur. *Veg.* Trita, praeſtans. *Linn.* Arbor ſicca amans, longaeua ad 400 annos; ad domos, aſſeres, ciſtas, et alia, praeſtans.

783. P. (*Picea*) fol. ſolitariis emarginatis. Weißtanne.

H. trans Albim in ſyluis Serueſtanis. Fl. Maio.

Inter tres noſtrates haec ſpecies elegantiſſima, ob folia ſaturate viridia horizontaliter diſpoſita, ramificationes regu-

regulares, et truncum ſtrictum albicantem. Sed lignum eius pro fornace ex his tribus eſt minimi pretii. *Terebinthinam communem* fundunt tres noſtrae Pini ſpecies; optimam tamen et copioſiſſimam haec P. Picea ex veſiculis in trunco ſub cortice inueniendis et cultro incidendis. *Vog.*

784. P. (*Abies.*) fol. ſolitariis ſubulatis mucronatis laeuibus bifariam verſis. Fichte; Rothtanne.

H. im Grez und im Schloßgarten plantata; trans Albim bey Friederikenberg paſſim. Fl. Maio.

Offic. ABIETIS Reſina. Spiritus e tenellis frondibus ſuccedaneum Aquae reginae Hungaricae. Rarior, praeſtans. *Linn.*

SYNGENESIA.

332. BRYONIA. Zaunrübe.

MASC. *Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 5-partita. *Filamenta* 3.

FEM. *Cal.* dentatus. *Cor.* 5-partita. *Stylus* 3-fidus. *Bacca* ſubgloboſa, polyſperma.

785. B. (*alba*) fol. palmatis vtrimque calloſo-ſcabris.

H. in ſepibus im Schloßgarten; gegen Gethſemane, et alibi, paſſim. Fl. Iunio.

Offic. BRYONIAE Radix, Baccae, Semina. Radix purgante virtute ſatis forti praedita eſt, vt et reſoluente. Hinc ad hydropem, aſthmata et arthritidem conducit. *Vog.* Vnguentum externe in pleuritide ſolatium adfert. Vſitata, eximia, *Linn.*

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

333. SALIX. Weide.

MASC. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Glandula* baſeos nectarifera.

FEM. *Amenti* ſquamae. *Cor.* o. *Stylus* 2-fidus. *Capſula* 1-locularis, 2-valuis. *Sem.* papposa.

* *Foliis glabris ſerratis.*

786. S. (*triandra*) fol. ſerratis glabris, flor. triandris. Bachweiden.

H. ad Salam et Albim frequens. Fl. Aprili, Maio.

787. S. (*vitellina*) fol. ſerratis ouatis acutis glabris; ſerraturis cartilagineis, petiolis calloſo-punctatis. Gelbe Weide.

H. am Teiche im Paradiſe; am Teiche bey der Lindenallee. Fl. Aprili.

Squamae inter ſtamina flauae. Haec ſpecies hortulanis aptiſſima ad arbores alligandas, ob ramulorum eximiam tenacitatem.

788. S. (*amygdalina*) fol. ſerratis glabris lanceolatis petiolatis, ſtipulis trapeziformibus.

H. im Elbwerder, et alibi ad Albim, frequens. Fl. Aprili.

789.

789. S. (*fragilis*) fol. ſerratis glabris ouato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. Brechweide.

H. ad Albim paſſim; im Kuhwerder, et alibi, frequens. Fl. Aprili.

Haec ſpecies et S. alba ſunt maximae et in arbores vaſtas excreſcunt; cum reliquae ſpecies noſtrates humiliores et debiliores maneant. Hinc ambae frequenter plantantur pro lignis ad focum obtinendis; ſed S. alba praeferenda eſt.

790. S. (*purpurea*) fol. ſerratis glabris lanceolatis, inferioribus oppoſitis. Rothe Weide.

H. am Elbdamme gegen den Gnez, et alibi. Fl. Aprili.

Rami ſaepe ſanguineo-corallini. Stipulae nullae. Folia inferiora ſuboppoſita.

** *Foliis integerrimis villoſis.*

791. S. (*arenaria*) fol. integris ouatis acutis ſupra ſubuilloſis, ſubtus tomentoſis.

H. in paludoſis bey Friederikenberg, et alibi. Fl. Aprili.

792. S. (*incubacea*) fol. integerrimis lanceolatis; ſubtus villoſis nitidis, ſtipulis ouatis acutis.

H. in vliginoſis bey den Pretziener Feldern gegen Dornburg. Fl. Aprili.

793. S. (*fuſca*) fol. integerrimis ouatis ſubtus pubeſcentibus.

H. in arenoſis humidis gegen Dornburg. Fl. Aprili.

Gemma vniualuis bipartita. Folia minima ſupra et amenta communiter nigreſcunt. Affines ſunt S. arenaria, incubacea, repens, fuſca.

*** *Foliis ſubſerratis, villoſis.*

794. S. (*Caprea*) fol. ouatis rugoſis ſubtus tomentoſis vndatis, ſuperne denticulatis. Saalweide.

H. ad foſſas am Gnez, et alibi, frequens. Fl. Martio, Aprili.

Decoctum in cardialgia ſputatoria Lapponibus vſitatum. *Linn.*

795.

795. S. (*viminalis*) fol. ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis. Korbweide.

H. ad Albim und im Kuhwerder, copioſiſſime. Fl. Martio, Aprili.

Frutex cito creſcens. Rami ad corbes vſitatiſſimi.

796. S. (*alba*) fol. lanceolatis acuminatis ſerratis vtrimque pubeſcentibus; ſerraturis infimis glandulosis. Gemeiner Weidenbaum.

H. in ſalicetis vbique. Arbores duae, mas et femina, numquam amputatae et in paſcuo gegen das Fährhaus iuxta ſe poſitae, praecipue ſpectabiles. Fl. Aprili.

Offic. SALICIS Folia, Cortex. Lappones in decocto corticis inueniunt remedium ad dolores colicos. Extractum corticis medii ad pulmones vlceratos commendatur. *Vog.* De cortice Salicis cortici Peruuiano ſubſtituendo duas diſſertationes edidit *Iuſt. Guil. Günz*, Lipſiae 1772.

TETRANDRIA.

334. VISCVM. Miſtel.

MASC. *Cal.* 4-partitus. *Cor.* 0. *Filamenta* 0. *Antherae* calyci adnatae.

FEM. *Cal.* 4-phyllus, ſuperus. *Stylus* 0. *Cor.* 0. *Bacca* 1-ſperma. *Sem.* cordatum.

797. V. (*album*) fol. lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus.

H. in arboribus im Gnez, frequens. Fl. Martio.

Offic. VISCI QVERNI Lignum. Specificum contra epilepſiam habetur: datur in puluere frequenter et liberaliter, ſuperbibito ſimul decocto eiusdem calido. *Loeſ. Vog.* Rarior, praeſtans. *Linn.* Frutex ſingularis

ris paraſiticus absque radice, ſempervirens, mare feminae oppoſito. Viſcus pro avibus capiendis ex baccis paratur.

PENTANDRIA.

335. HUMULUS. Hopfen.

MASC. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0.

FEM. *Cal.* 1-phyllus, oblique patens, integer. *Cor.* 0. *Styli* 2. *Sem.* 1, intra calycem foliatum.

798. H. (*Lupulus*).

H. im Gnez, et alibi in ſepibus et dumetis, copioſiſſime. Fl. Iulio, Auguſto.

Offic. LVPVLI Coni ſ. Strobili. Viſcera infarctu liberat, ſtomachum roborat, vermes expellit. Externe aduerſus tumores in ſacculis prodeſt. *Vog.* Vſus oeconomicus pro cereuiſia notus.

OCTANDRIA.

336. POPULUS. Pappelbaum.

MASC. Amenti *Cal.* lamina lacera. *Cor.* turbinata, obliqua, integra.

FEM. Amenti *Cal.* et *Cor.* maris. *Stigma* 4-fidum. *Capſ.* 2-locularis. *Sem.* multa, papposa.

799. P. (*alba*) fol. ſubrotundis dentato-angulatis ſubtus tomentoſis. Weiſſe Pappelweide.

H. bey Cyprena; bey der Böſener Mark; frequens. Fl. Martio, Aprili.

Folia a vento agitata, quia ſubtus ſunt albiſſima, praebent ſpectaculum, ac ſi arbor niue tecta eſſet.

800.

800. P. (*tremula*) fol. ſubrotundis dentato-angulatis vtrimque glabris. Eſpe; Zitterpappeln.

H. auf der alten Burg, et alibi, paſſim.

Petioli apice compreſſi, vnde folia tremula. Lignum leuiſſimum, albiſſimum, ſub dio perenne. Cortex primarius eſt cibus Caſtorum. *Linn.*

801. P. (*nigra*) fol. deltoidibus acuminatis ſerratis. Schwarze Pappelweide.

H. hinter dem Gnez; im Kuhwerder, et alibi, copioſe. Fl. Martio, Aprili.

Offic. POPVLI Gemmae ſ. Oculi. Gemmae ſunt odoratiſſimae et vere balſamicae. Si infunduntur in oleo amygdalarum dulcium vel lini, ſiſtunt balſamum traumaticum interne et externe ſalutare. *Vog.* Arbor feſtinans; hinc nuper eius varietas *ramis coarctatis erectis* ob celerius incrementum formamque venuſtam iunceam in ſcriptis oeconomicis ad ſaliceta plantanda ſub nomine Populi Italicae admodum commendata. Differentiam enim ſpecificam inter noſtram Populum et inter ita dictam Populum Italicam aliunde huc transplantatam non video.

ENNEANDRIA.

337. HYDROCHARIS. Froſchbiß; Plompen.

MASC. *Spatha* 2-phylla. *Cal.* 3-fidus. *Corolla* 3-petala. *Filamenta* 3 interiora ſtylifera.

FEM. *Cal.* 3-fidus. *Cor.* 3-petala. *Styli* 6. *Capſ.* 6-locularis, polyſperma, infera.

802. H. (*Morſus ranae*).

H. in ſtagnis bey der alten Burg; in foſſis gegen die Poleymühle. Fl. aeſtate.

MO-

MONADELPHIA.

338. IVNIPERVS. Wachholder.

MASC. *Amenti* Calyx ſquamae. *Cor.* o. *Stam.* 3.

FEM. *Cal.* 3-partitus. *Petala* 3. *Styli* 3. *Bacca* 3-ſperma, tribus tuberculis calycis inaequalis.

803. I. (*communis*) fol. ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. Gemeiner Wachholderbaum.

H. ad murum im Schloßgarten; caeterum in noſtris regionibus rara arbor. Fl. Aprili.

Offic. IVNIPERI Baccae, Lignum. Baccae calefaciunt, roborant, vrinam pellunt; in arthriticis et ſcorbuticis maxime ſalutares. Baccae ſecundo anno demum maturant, turdis grata eſca. Praebent etiam, vt ipſum lignum, gratum ſuffimentum. Trita, praeſtans, *Linn.*

CLAS-

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

339. HOLCVS. Roßgras; Honiggras.

HERMAPHROD. *Cal.* Gluma 1-ſ. 2-flora. *Cor.* Gluma ariſtata. *Stam.* 3. *Styli* 2. *Sem.* 1.

MASC. *Cal.* Gluma 2-valuis. *Cor.* o. *Stamina* 3.

804. H. (*lanatus*) glumis bifloris villoſis; floſculo hermaphrodito mutico; maſculo ariſta recurua.

H. an der kleinen Weidenallee, et alibi, paſſim. Fl. Iunio, Iulio.

Gramen molliſſimum et fere holoſericeum. Ab ouibus libenter comeditur, hinc in illarum vſum coli meretur. *Schreb.*

340. VALANTIA. Vallantien.

HERMAPHROD. *Cal.* o. *Cor.* 4-partita. *Stamina* 4. *Stylus* 2-fidus. *Sem.* 1.

MASC. *Cal.* o. *Cor.* 3-ſ. 4-partita. *Stamina* 4. ſ. 3. *Piſtillum* obſoletum.

805. V. (*Cruciata*) flor. maſculis quadrifidis, pedunc. diphyllis. Gülden Waldmeiſter.

H.

H. im Gnez, et alibi in dumetis, copioſe. Fl. Maio et ſeqq. Dicitur eſſe vulneraria et adſtringens, et optime conducere in herniis, ſi folia eius decocta externe forma cataplaſmatis adhibeantur. *Boerh.*

341. ACER. Maſern; Ahornbaum.

HERMAPHROD. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stam.* 8. *Piſt.* 1. *Capſ.* 2 ſ. 3, monoſpermae, ala terminatae.

MASC. *Cal.* 5-fidus. *Cor.* 5-petala. *Stamina* 8.

806. A. (*campeſtre*) fol. lobatis obtuſis emarginatis.
H. in ſepibus im Schloßgarten; trans Albim in ſylua gegen Tochheim copioſe. Fl. Maio.

342. PARIETARIA. Glaskraut.

HERMAPHROD. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stamina* 4. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.

FEM. *Cal.* 4-fidus. *Cor.* 0. *Stam.* 0. *Stylus* 1. *Sem.* 1, ſuperum, elongatum.

807. P. (*officinalis*) fol. lanceolato-ouatis, pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis.
H. ad muros im Schloßgarten zwiſchen der Fichtenhecke; an der Stadtmauer gegen Gethſemane; copioſe. Fl. Iunio, Iulio.
Offic. PARIETARIAE Herba. Eſt inter herbas quinque emollientes. Sanguinem in partibus contuſis reſoluit; diureſin mouet et renum morbis maxime appropriata eſt. In clyſteribus aluum laxat. *Vog.*

343. ATRIPLEX. Melde.

HERMAPHROD. *Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 5. *Stylus* 2-partitus. *Sem.* 1, depreſſum.

FEM. *Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 0. *Stam.* 0. *Styl.* 2-partitus. *Sem.* 1, compreſſum.

808. A. (*roſea*) caule herbaceo, fol. incanis ſerratis, fructibus quadrangularibus dentatis. Atriplex ſylueſtris fructu roſeo compreſſo. *Rupp. Ien. p.* 341.

H. am Stadtgraben gegen Gethſemane; ad muros bey Pömeſte, copioſe. Fl. aeſtate.

809. A. (*haſtata*) caule herbaceo, calycis valuulis femineis magnis deltoidibus ſinuatis.

H. in dumetis am Gnez; am Damme hinter Monplaiſir, et alibi, copioſe. Fl. aeſtate.

Rami patentes, infimi procumbentes; folia viridia.

810. A. (*patula*) caule herbaceo patulo, fol. ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis.

H. in der Lindenallee, et alibi in cultis et ruderatis vbique. Fl. aeſtate.

DIOECIA.

344. FRAXINVS. Eſche.

HERMAPHROD. *Cal.* o-ſ. 4-partitus. *Cor.* o-ſ. 4-petala. *Stam.* 2. *Piſt.* 1. *Sem.* 1, lanceolatum.

FEM. *Piſt.* 1, lanceolatum.

811. F. (*excelſior*) fol. ſerratis, flor. apetalis.

H. im Frizer Buſche; auch beym Weinberge. Fl. Aprili.

Offic. FRAXINI Lignum, Cortex, Folia; Semina [illegible] Lingua auis. Semen eſt aperitiuum, diureticum et antipleuriticum. Lignum cum cortice roborat et reſoluit. *Vog.* Arbores aliae hermaphroditae; aliae etiam feminae ſunt. Lignum tenax, durum, ad inſtrumenta ruſtica vtiliſſimum. Cito creſcit in loco apto; hinc etiam a noſtris hodie diligenter colitur.

CLAS-

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

a. *Fructificationes ſpicatae.*

345. EQVISETVM. Kannenkraut; Pferdeſchwanz.
Spica fructificationibus peltatis, baſi dehiſcentibus multiualui.

812. E. (*ſyluaticum*) caule ſpicato, frondibus compoſitis.

H. in nemoribus an der Saale; auch hinter Kleinroſenburg, et alibi, paſſim. Fl. Aprili, Maio.

Equis primarium inter omnes plantas pabulum ſemtiis. *Linn.*

813. E. (*aruenſe*) ſcapo fructificante nudo; ſterili frondoſo. Scheuergras.

H. hinter dem Gnez, et alibi, copioſe. Fl. Martio, Aprili.

Offic. EQVISETI Herba. Decoctum in aqua vel cereuiſia remedium eſt in nephritide calculoſa. *Vog.* Pollen quam primum e ſpica excutitur, ſaltat ac ſi viueret. Exoleta, eximia. *Linn.*

814. E. (*paluſtre*) caule angulato frondibus ſimplicibus.

H. in aquoſis unterhalb Gödniz, et alibi, paſſim. Fl. Maio, Iunio.

815. E. (*fluuiatile*) caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus.

H. ad ſtagna gegen Dornburg, et alibi. Fl. Maio.

Diſſecatur in pabulum boum, vt vaccae lac copioſius praebeant. Equis minus acceptum. *Linn.* Caules floriferi a ſterilibus diſtincti, vt E. aruenſis. *Hall.*

816. E. (*limoſum*) caule ſubnudo laeui.

H. ad ſtagna ſyluatica hinter der Poleymühle, et alibi. Fl. aeſtate.

Praecedenti nimis affine.

817. E. (*hiemale*) caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. Schachtelhalm.

H. ad ſtagna hinter Monplaiſir, et alibi. Fl. aeſtate.

Caulis viridis, ſcaber, radens. Vaginae articulorum pallidae, baſi margineque atris, denticulis obſoletis. Equis ſalutare; vaccis noxium. *Linn.* Opifices eo vtuntur ad perpolienda ſua opera.

346. OSMVNDA. Traubenfaren.

Spica ramoſa; Fructificationibus globoſis.

818. O. (*Lunaria*) ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. Mondraute.

H. in ſiccis auf der Pfingſtwieſe bey Gnadau. Fl. Iunio.

Flores noctu odorati. Planta gaudet vi temperante. Alchymici de eius viribus multa fabulantur. *Gled.*

819. O. (*Spicant*) frondibus lanceolatis pinnatifidis, laciniis confluentibus integerrimis parallelis. Spicant; Kraftfaren; groß Milzkraut.

H. trans Albim in ſyluaticis zwiſchen Göbnitz und Dornburg, rarius. Fl. Maio, Iunio.

Frondes fertiles multo ſterilibus anguſtiores ſunt. Cereuiſiae immitti ſolet cum emolumento ſanitatis. *Rupp. Ien. p.* 346.

b. *Fructificationes frondoſae in pagina inferiore.*

347. POLYPODIVM. Tüpfelfaren.

Fructific. in punctis ſubrotundis, ſparſis per diſcum frondis.

820. P. (*Filix mas*) frond. bipinnatis, pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. Farnkraut.

H. ad muros im Schloßgarten bey der Prinzeß; in ſyluaticis trans Albim bey Friederikenberg, et alibi, frequens.

Offic. FILICIS Radix, Herba. In cataplaſmate herba cocta vlceribus vetuſtis vtiliſſime imponitur. Radix in obſtructionibus viſcerum cum atonia iunctis, multis ſalutaris viſa eſt. Huius et ſubſequentis plantae cineres ad fictilia Chinenſium paranda recipiuntur. Cinis aqua ſubactus, in globulos formatus, deinceps ſiccatus lotricibus loco ſaponis inſeruit. *Veg.* Flores reniformes.

821. P. (*Filix femina*) fronde bipinnata; pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis.

H. in alnetis hinter Walternienburg, et alibi, frequens. Fl. Iulio.

Flores ouati, ſubciliati, ſolitarii.

822. P. (*Thelypteris*) fronde bipinnata; pinnis pinnatifidis integerrimis, ſubtus vndique polline tectis. Acroſtichum Thelypteris. *Sp. Pl. p. 1528. Mant. 2. p. 505.*

H. in alnetis vmbroſis am Wege hinter der Poleymühle. Fl. aeſtate.

Habitus P. Filicis maris. Stipes glaber. Pollen tegit totam paginam folii; ſed in tenellis frondibus per puncta diſtinctum.

348. ASPLENIVM. Milzkraut.

Fructific. in lineolis diſci frondis ſparſis.

823. A. (*Trichomanes*) frondibus pinnatis, pinnis ſubrotundis crenatis. Güldner Wiederthon; Wiedertod.

H. an der Mauer des Schloſſes bey der Bibliothek, rarius. Fl. Martio, Aprili.

Offic. ADIANTI RVBRI ſ. TRICHOMANIS Herba. Quoad virtutes medicas par cenſetur Adianto Capillo Veneris; ideo etiam inter ſic dictas herbas capillares cenſetur. In tuſſi, adfectibus pectoris et cal-

culoſis, melancholia, ſuppreſſione vrinae interne adhibitum eſt cum ſucceſſu. *Weis.*

824. A. (*Ruta muraria*) frondibus alternatim decompoſitis; foliolis cuneiformibus crenulatis. Mauerraute; Steinraute; Frauenhaar.

H. ad muros im Schloßgarten beym Altan. Fl. Martio, Aprili.

Offic. RVTAE MVRARIAE Herba. Et hoc inter herbas capillares refertur. Viribus cum praecedente conuenit; ſed debilius eſt. Laudatur vt tonicum et pectorale medicamen. *Weis.*

349. PTERIS. Flügelfaren.

Fructificationes in lineis marginalibus.

825. P. (*aquilina*) frond. ſupradecompoſitis; foliolis pinnatis, pinnis lanceolatis, infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. Gemeine äſtige Flügelfaren; groß Farnkraut; Jeſus-Chriſt-Wurzel.

H. paullo extra term. Fl. Barb. trans Albim über Linden; ſaltim propius nondum inuenta. Fl. aeſtate.

Radix transuerſim oblique ſecta crucis, vel ſi mauis, aquilae bicipitis imperialis, imaginem refert: hinc eſt nomen germanicum vltimum, et nomen triuiale. Radicis variae virtutes medicae extolluntur; in primis contra vermes et ad obſtructiones viſcerum ſoluendas laudatur. Ad coria praeparanda haec planta etiam vſurpatur. *Weis.*

350. MARSILEA. Marſilien.

Flores *maſculi* ſupra frondem. Fructific. *feminea* ad radicem, ſubrotunda, quadricapſularis.

826. M. (*natans*) fol. oppoſitis ſimplicibus.

H. in piſcina gleich hinter der Poleymühle. Fl. Augusto.

Rami natantes. Folia bifaria, ouata, complicata, adſperſa ſupra glomerulis e filamentis 4, albis, apice cirroſis: inter radices globi 3-7, ſtylo inſtructi, polyſpermi.

ſpermi. *Mant.* 2. *p.* 506. Rara planta Schrebero quondam Lipſiam transmiſſa, qui illam pro hac Marſilea agnouit.

M V S C I.

a. *Acalyptrati.*

351. LYCOPODIVM. Bärlapp; Kolbenmoos.

Anthera biualuis, ſeſſilis. *Calyptra* nulla.

827. L. (*clauatum*) fol. ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. Wolfsklaue; gemeiner Bärlapp; Gürtelkraut.

H. in ſylua bey Friederikenberg. Fl. Iulio.

Offic. MVSCI CLAVATI Herba. LYCOPODII Semen. Pollen ob inſignes virtutes medicas adhibetur externe adſperſum ad puerorum intertriginem, ad vulnera, ad papillarum fiſſuras; interne ad tabem, diarrhoeam, dyſenteriam, tormina puerorum. Eſt quoque frequens eius vſus ad pillulas gummoſas laeuigandas. *Weis.* Non madefit pollen aqua, nec fulgurat ad candelam, niſi depluens aut inſufflatum.

828. L. (*complanatum*) fol. bifariis connatis, ſuperficialibus ſolitariis, ſpicis geminis pedunculatis.

H. bey Zerbſt paſſim. *Leyſ. Hall. p.* 194. a nobis tamen nondum inuentum. Fl. Iulio, Auguſto.

352. SPHAGNVM. Torfmoos.

Anthera operculata, ore laeui. *Calyptra* nulla.

829. S. (*paluſtre*) ramis deflexis. Sumpfmoos.

H. in humidis an der Nuthe gegen die Poleymühle, et alibi, frequens. Fl. aeſtate.

Hoc replet ſtagna, vt demum tranſeant in paludes, paſcua et prata, conſtituendo foco aptum caeſpitem. Antherae diſſiliunt cum ſono et crepitu. *Mant.* 2. *p.* 506.

353. PHASCVM. Bartmoos.

Anthera non dehiſcens. *Calyptra* minuta.

830. P. (*acaulon*) acaule, anthera ſeſſili, fol. ouatis acutis. Phaſcum (*cuſpidatum*) cauleſcens, foliis ouatis cuſpidatis patulis; ſummis erectis conniuentibus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 72.* Breitblättriges zwiebelförmiges Erdphaſcum.

H. in areis hortorum, im Paradiſe, et alibi. Fl. hieme et vere.

831. P. (*ſubulatum*) acaule, anthera ſeſſili, foliis ſubulato-ſetaceis patulis. Phaſcum (*ſubulatum*) cauleſcens, foliis lanceolato-linearibus patulis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 71.* Borſtiges Erdphaſcum.

H. ad aggeres hinter dem Gutz. Fl. primo vere.

b. *Calyptrati diclini.*

354. POLYTRICHVM. Goldhaar.

Anthera operculata, apophyſi minimae inſidens. *Calyptra* villoſa.

Stella feminea in diſtincto indiuiduo.

832. P. (*commune*) caule ſimplici, anthera parallelepipeda. α. P. quadrangulare vulgare, yuccae foliis ſerratis; β. P. quadrangulare iuniperi foliis breuioribus et rigidioribus; γ. P. quadrangulare minus, iuniperi foliis piloſis; ſunt nomina Dilleniana, et habentur pro varietatibus. Güldener Wiederthon; Wiedertod.

H. in alpetis hinter Walternienburg, et in aridis bey Friederikenberg, copioſe. Fl. hieme et vere.

Offic. ADIANTI AVREI Herba. Cenſetur inter herbas capillares. Vis ipſi blande adſtringens et traumatica. Vulgus inter antimagica remedia refert. *Veg.* Exoleta, inutilis. *Linn.*

355. MNIVM. Sternmoos.

Anthera operculata. *Calyptra* laeuis.

Fem. capitulum nudum, puluerulentum, remotum.

833. M. (*androgynum*) caule ramoſo, androgynum. Hellgrünes knöpfiges Mnium.

H. in alneto hinter Walternienburg am Wege bey der Nuthe, copioſe. Fl. Martio.

Setae femineae ſunt breuiſſimae cum capitulis perfecte ſphaericis, paruis, puluere conſperſis, viridibus. Paullo poſt has ſetas eadem planta emittit ſetas capſuligeras vnciales, purpureas cum antheris oblongis, ſubnutantibus.

834. M. (*hygrometricum*) acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. Goldgelbes ſchuppigblättriges Mnium.

H. varietas maior et minor in locis humidis im Paradiſe; in der Gurgel; etiam ad muros. Fl. Martio, Aprili.

835. M. (*purpureum*) caule dichotomo; axillis pedunculiferis, anthera erecta, foliis carinatis. Bryum purpureum. *Weis Cryptog. Gotting. p. 198.* Purpurfarbiges Blüthſtiel-Bryum.

H. ad muros et in terra frequens. Fl. Februario. Martio.

836. M. (*cirratum*) foliis arefactione reuolutis. Hypnum cirratum. *Weis Cryptog. Gott. p. 207.* Bryum *cirratum.* foliis capillaceis congeſtis tortilibus, capſulis ouato-cylindraceis breuiſſime ciliatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 78.* Niedriges krausblättriges Mauer-Hypnum.

H. in ſepimentis putridis an der Lindenallee, et ad muros. Fl. Februario.

Minutum ramoſum.

837. M. (*hornum*) antheris pendulis, pedunculo curuato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris. Langes weidenblättriges Mnium.

P 5 H.

H. in ſyluaticis vdis bey Friederikenberg. Fl. Martio, Aprili. Folia lente conſiderata ad marginem dentibus cartilagineis.

838. M. (*capillare*) antheris pendulis, foliis ouatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. Bryum capillare. *Sp. Pl. p. 1586.* Hypnum capillare. *Weis Crypt. Gott. p. 206.* Niedriges purpurrothes Blüthſtiel-Hypnum.

H. ad muros hinter den Baraken gegen den Anger, et alibi. Fl. Februario.

839. M. (*polytrichoides*) calyptra villoſa. Polytrichum nanum, Aloës folio non ſerrato. *Weis Crypt. p. 175. Var. β.*

H. ad aggeres arenoſos bey Friederikenberg. Fl. hieme.

840. M. (*ſerpyllifolium*) pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis.

α. *punctatum*, pedunc. aggregatis, fol. obouatis integerrimis obtuſis punctatis.

β. *cuſpidatum*, pedunc. aggregatis, fol. alternis acutis ſerratis.

γ. *proliferum*, pedunc. aggregatis, fol. roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis. Mnium *roſeum*, ſurculis ſimplicibus et proliferis, foliis roſacee congeſtis, lanceolatis, acutis, tenuiſſime argute crenulatis, pedunc. aggregatis. *Weis Cryptog. p. 157.* Roſenförmiges Büſchel-Mnium.

δ. *vndulatum*, pedunc. aggregatis, fol. oblongis vndulatis. Mnium ſurculis erectis, ramis faſciculatis, foliolis ellipticis, vndulatis, argute dentatis, pedunc. aggregatis. *Weis Crypt. p. 158.* Baumförmiges wellenblättriges Mnium.

H. in humidis ſyluaticis bey Friederikenberg, et alibi; β. etiam in der Lindenallee. Fl. hieme et primo vere.

Hae quatuor varietates tamquam totidem *Bryi* ſpecies recenſentur a Schrebero *Spic. Lipſ. p.* 84. 85.

c. *Ca-*

c. *Calyptrati monoclini.*

356. BRYVM, Knotenmoos.

Anthera operculata; *Calyptra* laeuis. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum.

841. B. (*apocarpum*) antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. Scharlachköpfiges Bryum.
H. in lapidibus am Elbdamme beym Gnez; etiam ad truncos arborum. Fl. hieme.
Operculum coccineum.

842. B. (*ſtriatum*) antheris ſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumue piloſis. Polytrichum bryoides. *Weis Crypt. p. 175.*
H. ad arbores im Gnez, et alibi, copioſe; etiam in muris paſſim. Fl. hieme.

843. B. (*pomiforme*) antheris erectis ſphaericis.
H. ad muros im Schloßgarten. Fl. primo vere.
Caules vnciales; ſetae ſemunciales, pallide rubentes; capſulae globoſae.

844. B. (*pyriforme*) antheris erectis obouatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, fol. ouatis muticis.
H. ad aggeres in der Gurgel hinter dem Gnez; auch im Schloßgarten. Fl. Februario et ſeqq.

845. B. (*extinctorium*) anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus. Häutiges tutenförmiges Hut-Bryum.
H. ad muros ſepimentorum hinter den Baraken, gegen den Anger. Fl. hieme.
Extinctorium dictum ob calyptram, quae quaſi refert inſtrumentum, quo candelae cereae in templis exſtinguuntur.

846. B. (*rurale*) antheris erectiuſculis, foliis piliferis recuruis. Hypnum rurale. *Weis Crypt. p. 210.* Haarigblättriges ſternförmiges Büſchel-Hypnum.
H. in tectis; in terra in der Lindenallee, et alibi, copioſe. Fl. per hiemem et ver.
Tecta ſtraminea per ſaeculum incorrupta ſeruat. *Linn.*

H. in ſyluaticis vdis bey Friederikenberg. Fl. Martio, Aprili. Folia lente conſiderata ad marginem dentibus cartilagineis.

838. M. (*capillare*) antheris pendulis, foliis ouatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. Bryum capillare. *Sp. Pl. p. 1586.* Hypnum capillare. *Weis Crypt. Gott. p. 206.* Niedriges purpurrothes Blüthstiel-Hypnum.

H. ad muros hinter den Baraken gegen den Anger, et alibi. Fl. Februario.

839. M. (*polytrichoides*) calyptra villoſa. Polytrichum nanum, Aloës folio non ſerrato. *Weis Crypt. p. 175. Var. β.*

H. ad aggeres arenoſos bey Friederikenberg. Fl. hieme.

840. M. (*ſerpyllifolium*) pedunculis aggregatis, foliis patentibus pellucidis.

α. punctatum, pedunc. aggregatis, fol. obouatis integerrimis obtuſis punctatis.

β. cuſpidatum, pedunc. aggregatis, fol. alternis acutis ſerratis.

γ. proliferum, pedunc. aggregatis, fol. roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis. Mnium *roſeum*, ſurculis ſimplicibus et proliferis, foliis roſacee congeſtis, lanceolatis, acutis, tenuiſſime argute crenulatis, pedunc. aggregatis. *Weis Cryptog. p. 157.* Roſenförmiges Büſchel-Mnium.

δ. vndulatum, pedunc. aggregatis, fol. oblongis vndulatis. Mnium ſurculis erectis, ramis faſciculatis, foliolis ellipticis, vndulatis, argute dentatis, pedunc. aggregatis. *Weis Crypt. p. 158.* Baumförmiges wellenblättriges Mnium.

H. in humidis ſyluaticis bey Friederikenberg, et alibi; β. etiam in der Lindenallee. Fl. hieme et primo vere.

Hae quatuor varietates tamquam totidem *Bryi* ſpecies recenſentur a Schrebero *Spic. Lipſ. p. 84. 85.*

c. *Ca-*

c. *Calyptrati monoclini.*

356. BRYVM. Knotenmoos.

Anthera operculata; *Calyptra* laeuis. *Filamentum* e tuberculo terminali ortum.

841. B. (*apocarpum*) antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. Scharlachköpfiges Bryum.
H. in lapidibus am Elbdamme beym Gnez; etiam ad truncos arborum. Fl. hieme.
Operculum coccineum.

842. B. (*ſtriatum*) antheris ſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumue piloſis. Polytrichum bryoides. *Weis Crypt. p. 175.*
H. ad arbores im Gnez, et alibi, copioſe; etiam in muris paſſim. Fl. hieme.

843. B. (*pomiforme*) antheris erectis ſphaericis.
H. ad muros im Schloßgarten. Fl. primo vere.
Caules vnciales; ſetae ſemunciales, pallide rubentes; capſulae globoſae.

844. B. (*pyriforme*) antheris erectis obouatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, fol. ouatis muticis.
H. ad aggeres in der Gurgel hinter dem Gnez; auch im Schloßgarten. Fl. Februario et ſeqq.

845. B. (*extinctorium*) anthera erecta oblonga minori, calyptris laxis aequalibus. Häutiges tutenförmiges Hut-Bryum.
H. ad muros ſepimentorum hinter den Baraken, gegen den Anger. Fl. hieme.
Extinctorium dictum ob calyptram, quae quaſi refert inſtrumentum, quo candelae cereae in templis exſtinguuntur.

846. B. (*rurale*) antheris erectiuſculis, foliis piliferis recuruis. Hypnum rurale. *Weis Crypt. p. 210.* Haarigblättriges ſternförmiges Büſchel-Hypnum.
H. in tectis; in terra in der Lindenallee, et alibi, copioſe. Fl. per hiemem et ver.
Tecta ſtraminea per ſaeculum incorrupta ſeruat. *Linn.*

847.

847. B. (*murale*) antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus caeſpitoſis. Niedriges grauhaariges Mauer-Bryum.

H. in muris im Schloßgarten und Paradiſe, et alibi, copioſe. Fl. hieme.

Cum Bryo puluinato conuenit, a quo autem ſetis longioribus rectis differt.

848. B. (*ſcoparium*) antheris erectiuſculis, pedunculis aggregatis, foliis ſecundis recuruatis, caule declinato. Hypnum ſcoparium. *Weis Crypt. p. 213.* Einſeitigblättriges beſenförmiges Hypnum.

H. ad radices arborum im Buſche bey Friederikenberg, et alibi, frequens. Fl. Februario.

849. B. (*vndulatum*) antheris erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolatis, carinatis, vndulatis patentibus ſerratis.

H. in vmbroſis humidis ſyluaticis gegen die Poleymühle. Fl. primo vere.

850. B. (*vnguiculatum*) antheris erectis oblongis, pedunculis axillaribus, ſurculis in ſummitate craſſioribus. *Mant. 2. p. 309.* Bryum capſulis vrceolatis operculo longo obliquo, foliis lanceolatis tortilibus, cauliculis erectis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 78.*

H. in arenoſis hinter dem Gnez auf dem Anger, et alibi in hortorum areis, muris, et ad vias. Fl. Februario, Martio.

851. B. (*truncatulum*) antheris erectis ſubrotundis, operculo mucronato.

H. in campis humidis gegen den Gnez; am Elbdamme hinter Monplaiſir; et alibi, paſſim. Fl. hieme et primo vere.

Eſt e minimis muſcis. Tegit, teſte autopta Haſſelquiſtio, rudera Hieroſolymitana et muros: hinc per minutiſſimum Hyſſopum e pariete naſcentem, de quo (1 Reg. 4, 33.) Salomo diſſeruit, hunc muſcum intelligi, dubium vix videtur. *Linn.*

852.

852. B. (*viridulum*) antheris erectis ouatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis. Blaßgrünes kraushaarblättriges Zwerg-Bryum.
H. ad muros bey der Steinbahne am Elbhafen, et alibi. Fl. Februario.
Exiguum valde, cauliculis vnius ad ſummum trium linearum longitudine.

853. B. (*argenteum*) antheris pendulis, ſurculis cylindricis imbricatis laeuibus. Silberblättriges Bryum.
H. in muris an der Steinbuhne beym Elbhafen; in ollis hortulanorum, et alibi, frequens. Fl. hieme.

854. B. (*puluinatum*) antheris ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. Grauhaarig polſterförmiges Bryum.
H. in muris, tegulis, et alibi, frequens. Fl. primo vere.
Setae deorſum arcuatae incuruantur, vt capſulae paene inter folia abſcondantur.

855. B. (*caeſpiticium*) antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. Hypnum caeſpiticium. *Weis Crypt. p. 203.* Niedriges zweyfärbiges Blüthſtiel-Hypnum.
H. in muris beym Elbhafen, et alibi. Fl. Ianuario, Februario.
Setae vnciales, inferne purpureae, ſuperne luteae.

357. HYPNVM. Aſtmoos.

Anthera operculata. *Calyptra* laeuis. *Filamentum* laterale ortum e perichaetio.

* *Frondibus pinnatis.*

856. H. (*bryoides*) fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata, apice pedunculifera.* Einfaches kleines Tax-Hypnum.
H. in vmbroſis im Grez; auch in Gethſemane auf den Gartenbeeten, frequens. Fl. Decembri.
Minutiſſimum inter Hypna, frondibus duarum triumue linearum longitudine. Pinnarum ſeptem aut octo paria.

857.

857. H. (*complanatum*) fronde pinnata ramoſa, foliolis imbricatis acutis complicatis compreſſis. Plattes äſtiges Milzkraut-Hypnum.

H. ad truncos arborum im Gnez, paſſim. Fl. Ianuario, Februario.

Foliola latiuſcula ſurſum conuexa, deorſum concaua, pallide viridia.

** *Surculis vagis.*

858. H. (*criſpum*) ſurculis ramoſis, frond. ſubpinnatis; foliis vndulatis planis.

H. ad truncos arborum im Buſche bey Friederikenberg. Fl. Martio, Aprili.

859. H. (*triquetrum*) ramis vagis recuruis, foliis ouatis recuruatis patulis. Langes dreykantigblättriges Hypnum.

H. am Graben im Schloßgarten; im Gnez, copioſe. Fl. hieme: ſed nondum flores vidimus.

Haec ſpecies ob ſurculorum longitudinem et elaſticitatem ad vaſa vitrea atque murrhina inuoluenda et peregre transmittenda, ſimilesque vſus, adhiberi ſolet.

860. H. (*Rutabulum*) ramis vagis ſubrepentibus, foliis ouatis mucronatis imbricatis. Krückenförmiges Blüthen-Hypnum.

H. ad muros et ſepes im Schloßgarten; ad arbores im Gnez, et alibi, frequens. Fl. hieme.

Antherae ad modum rutabuli incuruatae.

*** *Surculis pinnatis.*

861. H. (*proliferum*) ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. Gelbliches büſchelich gefiedertes Farn-Hypnum.

H. in gramineis im Schloßgarten; in der Lindenallee; im Gnez, et alibi, frequens. Fl. hieme et vere.

Vna frons alterius medio ſeu diſco inſeritur ſaepius; vnde nomen triuiale.

862.

862. H. (*parietinum*) ſurculis plano-pinnatis continuatis, pedunculis aggregatis. Blaßgrünes büſchelich geſiedertes Farn-Hypnum.

H. in humidis ſyluaticis bey Friederikenberg; auch im Gnez. Fl. Martio.

Simile H. prolifero; ſed facies magis plana; cauliculi maiores; rami faſciculati, conferti; pinnulae laxiores; folia magis diſtincta. Hoc in primis parietum rimae in aedificiis ligno exſtruendis replentur; vnde nomen triuiale.

863. H. (*praelongum*) ſurculis ſubpinnatis decumbentibus; ramulis remotis, foliis ouatis, antheris cernuis.

H. in ligno putrido im Paradiſe; et alibi in truncis arborum et in terra, Fl. hieme.

Surculi ad ſpithamae longitudinem et vltra excreſcunt, ſibi inuicem denſe inſtrati, coloris e pallido viridis. Folia parua, triangularia, pilo terminata adunco. *Weis.*

864. H. (*plumoſum*) ſurculis pinnatis repentibus, ramis confertis, foliis imbricatis ſubulatis, antheris erectis. Haarblättriges geſiedertes Hypnum.

H. ad radices arborum im Gnez. Fl. Ianuario, Februario.

Setae ſemunciales, ſubrubentes ſ. fuſcae, copioſae. Folia ſub lente lanceolata, concaua, pilo breui tenui terminata.

**** *Foliis reflexis.*

865. H. (*cupreſſiforme*) ſurculis ſubpinnatis, foliis ſecundis recuruis apice ſubulatis. Krausblättriges Cypreſſen-Hypnum.

H. ad truncos arborum im Gnez, et alibi, frequens. Fl. hieme.

Surculi et rami peculiarem quamdam faciem planam catenulatam referunt ſuperne. *Weis.*

866. H. (*aduncum*) ſurculis erectiuſculo-ſubramoſis, foliis ſecundis recuruis ſubulatis, ramis recuruatis.

H. ad foſſas hinter den Baraken. Fl. circa aeſtatem.

867.

867. H. (*viticuloſum*) ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. Schlankäſtig wachholderblättriges Hypnum.

H. ad arborum truncos, praecipue vlmorum, im Guez, copioſiſſime. Fl. hieme.

Cauliculi ſicci teretes et quaſi contorti apparent, foliis capillaceis, adpreſſis, quae irrigata expanſa ſunt. Color ex obſcuro viridis, luteſcens.

868. H. (*ſquarroſum*) ramis vagis, foliis lanceolatis complicato-carinatis, quinquefariam recuruatis. Streubigblättriges Hypnum.

H. in gramineis humidis im Schloßgarten; in der Lindenallee; im Guez; copioſe. Fl. hieme; ſed flores nondum vidi.

Quoad caulem purpureum et habitum foliorum multum conuenit cum H. triquetro. Sed caules magis erecti, minus ramoſi; folia vndique reflexa et cincinnata.

***** *Surculis dendroidibus ſ. faſciculatis.*

869. H. (*dendroides*) ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſimpliciuſculis, antheris erectis. Geradäſtiges baumförmiges Hypnum.

H. in humidis alnetis hinter Walternienburg gegen die Polenmühle. Fl. Martio.

Arbuſculam eleganter refert.

****** *Surculis teretiuſculis.*

870. H. (*curtipendulum*) ſurc. vagis teretibus, fol. ouatis acutis patulis, antheris pendulis.

H. ad truncos arborum im Buſche bey Friederikenberg. Fl. vere.

871. H. (*purum*) ſurculis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ouatis obtuſis conniuentibus. Rundglattſchuppig ſchlankes Hypnum.

H. in humidis ſyluaticis bey Gommern, und gegen die Polenmühle. Fl. hieme.

Longis, teretibus, nitentibus, ſubrectis ſurculis, puriſſimis ab omni ſqualore terrae, ſe diſtinguit.

872.

872. H. (*illecebrum*) ſurculis ramisque vagis teretibus erectiuſculis obtuſis.

H. im Gnez, et alibi inter muſcos terreſtres, frequens.

873. H. (*cuſpidatum*) ſurculis vagis, apice foliis conuolutis acuminato. β. Hypnum cuſpidatum inerme. *Weis Crypt. p. 253.*

H. ad oras ſtagni hinter dem Gnez, et alibi. Fl. Aprili. Ramulorum extremitates cuſpidatae leniter pungentes.

******* *Surculis confertis.*

874. H. (*ſericeum*) ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris erectis. Krumäſtig ſeidenblättriges Hypnum.

H. ad arbores im Gnez und in der Lindenallee; ad muros im Paradiſe, et alibi, frequens. Fl. vere.

875. H. (*velutinum*) ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. Kriechendes haarblättriges Raſen-Hypnum.

H. ad terram auf dem Anger, et alibi, frequens. Fl. hieme.

876. H. (*ſerpens*) ſurculis repentibus, ramis filiformibus, foliis oblitteratis. Faſeriges kriechendes Hypnum.

H. in ſaxis am Elbdamme beym Gnez; ad terram vdam et arborum truncos im Gnez, frequens. Fl. Aprili.

877. H. (*ſciuroides*) ſurculis erectis ramoſis incuruatis.

H. ad truncos arborum in der Lindenallee; in der Weidenallee; im Gnez; frequens. Fl. hieme.

Color ex obſcuro viridis, per aetatem e rubiginoſo fuſcus.

878. H. (*myoſuroides*) ſurculis ramoſiſſimis, ramis ſubulatis vtrimque attenuatis teretibus. Krumäſtiges Mäuſeſchwanz-Hypnum.

H. ad truncos arborum im Gnez. Fl. vere.

Surculi reptantes bi-tri-quadriunciales. Folia arcte imbricata in pilum terminata, e laete gramineo viridi ſplendentia. *Weis.*

879. HYPNVM trichodes capſulis oblongis in ſetis breuioribus. *Dill. muſc. p. 331. tab. 42. fig. 65.*
H. ad radices arborum im Gnez; etiam in ſaxis am Elbdamme. Fl. hieme.
Cauliculi repentes implicati. Setae capſuligerae ſemunciales, inferius purpureae, ſuperius luteae. Calyptrae conicae, longae, albidae. Folia minutiſſima, ſubulata, acuta; etiam in ſiccis patentiuſcula. Color e ruſeſcente pallide viridis.

880. HYPNVM repens arboreum trichodes maius, cauliculis ramoſis. *Dill. p. 331. tab. 42. fig. 66.*
H. ad truncos vel radices arborum, praecipue vlmorum, im Gnez, rarius. Fl. vere.
Cauliculi ramoſiſſimi, ſuberecti, inferius rubiginoſi, ſuperius pallide virides, vnciales aut biunciales. Folia ſubulata, minuta, acuta; in ſiccis cauli adpreſſa. Setas capſuligeras nondum vidi.

881. HYPNVM (*attenuatum*) ſurculis ramoſiſſimis, ramis incuruatis, apice gracileſcentibus, foliis ſecundis ouatis carinatis obtuſis, capſulis erectis cuſpidatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 100.*
H. ad truncos arborum im Gnez, praeſertim in vlmis amputatis putreſcentibus, paſſim. Fl. vere.
Deſcriptio videatur apud Schreberum l. c.

358. FONTINALIS. Flußmoos.

Anthera operculata. *Calyptra* ſeſſilis, perichaetio incluſa.

882. F. (*antipyretica*) foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. Groſſe dreyeckigblättrige Fontinalis.
H. in foſſis zwiſchen Colphus und Cyprena. Fl. circa auctumnum.
Caules fibroſi purpurei dodrantales. Folia duas lineas longa, vnam lata. Infarctus muſcus inter caminum et parietem ligneum, incendium penetrare non ſinit. Coctus cum cereuiſia ſecundaria pro pediluuio in febre pectorali Dalis. *Linn.*

ALGAE.

a. *Terreſtres.*

359. MARCHANTIA. Marchantien.

MASC. *Calyx* peltatus, ſubtus tectus corollis 1-petalis. *Antherae* multifidae.

FEM. *Calyx* ſeſſilis, campanulatus, polyſpermus.

883. M. (*polymorpha*) calyce communi decemfido. Leberkraut; Steinleberkraut.

H. in vmbroſis beym Gartenhaus am Paradiſe; auch im Schloßgarten in terra humida. Fl. circa initium aeſtatis.

Virtute medica commendatur in decocto cum ſero lactis contra hepatis aliorumque viſcerum abdominalium obſtructiones. *Weis.*

360. IVNGERMANNIA. Jungermannien.

MASC. pedunculatus, nudus. *Anthera* 4-valuis.

FEM. ſeſſilis, nudus, ſeminibus ſubrotundis.

* *Frondibus pinnatis ſecundis.*

884. I. (*aſplenioides*) frondibus ſimpliciter pinnatis, foliolis ouatis ſubciliatis.

H. in vmbroſis im Gnez, et alibi, paſſim. Fl. hieme, ſed rarius.

885. I. (*bidentata*) frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. I. (*bidentata*) ſurculis procumbentibus ramoſis, apicibus floriferis, foliis ouatis bicuſpidatis, ſtipulis lanceolatis quadridentatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 104.*

H. in vmbroſis in terra im Gnez. Fl. auctumno.

Foliorum apex ſemilunari ſectione in duos dentes acutos diuiſus.

886. I. (*bicuſpidata*) frondibus ſimpliciter pinnatis medio floriferis, foliolis bidentatis. I. (*bicuſpidata*) ſurculis procumbentibus, foliis diſtichis quadratis bidentatis, ſtipulis nullis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 105.*

H. in aggeribus humidis inter muſcos im Irizer Buſche, et alibi. Fl. vere.

Foliorum apex ad angulum acutum in duos dentes acutos diuiſus.

** *Frondibus imbricatis.*

887. I. (*complanata*) ſurculis repentibus, foliolis inferne auriculatis. duplicato-imbricatis, ramis aequalibus. Plattſchuppige Baum-Jungermannie.

H. ad truncos arborum im Gnez, frequens. Fl. circa veris initium.

888. I. (*dilatata*) ſurculis repentibus, foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. Kleine Lebensbaum-Jungermannie.

H. ad truncos arborum, praecipue vlmorum, im Gnez; im Schloßgarten, et alibi. Fl. primo vere.

Differt a I. complanata, cui valde ſimilis eſt, foliis minoribus, magis eleuatis, ſurculis ramoſioribus ſuperne dilatatis, colore obſcurius viridi.

889. I. (*tamariſci*) foliis imbricatis ſerie duplici; ſuperioribus ſubrotundis conuexis obtuſis quadruplo maioribus.

H. ad arbores im Gnez, et alibi, frequens. Fl. Februario.

Color in paullo adultis rubiginoſo-fuſcus. Foliola minuta arcte ſibi inuicem incumbentia, in ſuperficie ſuperiori admodum conuexa.

890. I. (*platyphylla*) ſurculis procumbentibus ſubtus imbricatis, foliolis cordatis acutis. Groſſe Lebensbaum-Jungermannie.

H. in corticibus vlmorum im Schloßgarten am Graben; im Gnez, et alibi. Fl. hieme.

Surculi ſuberecti, longitudinem digiti aequantes. Rami patuli brachiati. Color ſaturate viridis.

*** *Acau-*

*** *Acaules frondibus ſimplicibus.*

891. I. (*pinguis*) acaulis, fronde oblonga ſinuata pingui. Ausgeſchweifte fette Jungermannie.
H. bey Zerbſt am Butterdamme. Fl. Aprili.

892. I. (*furcata*) acaulis, fronde lineari ramoſa; extremitatibus furcatis obtuſiuſculis.
H. in corticibus pinorum bey der Mauer auſſen im Schloßgarten. Fl. primo vere.
Minuta planta, cauliculis vix ad vncialem longitudinem protenſis.

361. RICCIA. Riccien.

Cal. o. niſi cauitatem veſicularem intra folii ſubſtantiam. *Cor.* o. *Anthera* cylindrica, ſeſſilis, germini impoſita. *Piſt. Germen* turbinatum. *Stylus* filiformis, antheram perforans. *Peric.* ſphaericum, coronatum anthera emarcida. *Sem.* hemiſphaerica, pedicellata. *Obſeruante I. C. D. Schrebero.*

893. R. (*natans*) frondibus obcordatis ciliatis.
H. in aquis ſtagnantibus hinter Walternienburg gegen die Poleymühle, aquis innatans. Viget vere.
Frondes circa ſemunciales. Cilia rariora albida.

362. LICHEN. Flechte.

MASC. *Receptaculum* ſubrotundum, planiuſculum, nitidum.

FEM. *Farina* foliis adſperſa.

* *Leproſi tuberculati.*

894. L. (*ſcriptus*) leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis charácteriformibus. Schrift-Lichen.
H. in corticibus arborum, praeſertim Iuglandis regiae, im Gnez, et alibi. Perſiſtens.

895. L. (*geographicus*) leproſus flaueſcens, lineolis nigris mappam referens. Gelber Landcharten-Lichen.

H. in ſaxis praegrandibus in agris gegen Kleinlüps; ad muros im Schloßgarten, rarius. Perſiſtens.

896. L. (*lacteus*) leproſus albus, tuberculis concoloribus hemiſphaericis. *Mant. p. 132.*

H. in ſaxis paſſim; etiam in tiliis vetuſtis in der Linden-allee. Perſiſtens.

Tubercula maiuſcula.

897. L. (*rugoſus*) leproſus albicans, lineolis ſimplicibus punctisque nigris confertis.

H. in carpinis hinter dem Gnez; etiam in malis et prunis iunioribus, copioſe. Perſiſtens.

898. L. (*ſanguinarius*) leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris.

H. in truncis arborum paſſim. Perſiſtens.

Tubercula ſubgloboſa, magna, non nitida, diffracta intus rubra.

899. L. (*fuſco-ater*) leproſus fuſcus, tuberculis atris.

H. ad muros ſeminarii im botaniſchen Garten, et alibi. Perſiſtens.

900. L. (*calcareus*) leproſus candidus, tuberculis atris. Weinſtein-Lichen.

H. an der Stadtmauer im Elbwerder. Perſiſtens.

Ad tingendum colore rubro, ſcarlatino ſimili, vſurpari dicitur. *Weis.*

901. L. (*cinereus*) leproſus tuberculis nigris albo marginatis.

H. in ſaxis an der Stadtmauer, paſſim. Perſiſtens.

Similis L. fuſco-atro; ſed tuberculis minoribus. Margo lichenis niger eſt.

902. L. (*fagineus*) leproſus albus, tuberculis albis farinaceis. Lichen (*orbiculatus*) cruſtaceus albicans, tuberculis albis farinaceis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 135.* Weiſſer warziger Kruſten-Lichen.

H. in fagis im Herzogsgarten frequens. Perſiſtens.

903.

903. L. (*carpineus*) leproſus cinereus, tuberculis albidis rugoſis. Lichen (*anguloſus*) cruſtaceus albidus, ſcutellis confertis albidis in tubercula demum abeuntibus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 136.* Weiſſer Landcharten-Lichen.

H. ad cortices carpinorum, malorum, prunorum, praecipue iuniorum, vor und hinter dem Gnez, et alibi, copioſe. Perſiſtens.

Ex commixtione huius et L. rugoſi in dictarum arborum corticibus oriuntur maculae, mappas geographicas referentes. Lichen carpineus prouincias, et Lichen rugoſus lineis ſuis nigris fluuios aut terminos repraeſentat. *Weis.*

904. L. (*ericetorum*) leproſus candidus, tuberculis incarnatis. Fleiſchfarbiger Schwamm-Lichen.

H. in ericetis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg. Fl. vere et auctumno.

Fungillus incarnatus minimus ab aliis nominatus eſt; quem etiam re vera repraeſentat.

** *Leproſi ſcutellati.*

905. L. (*candelarius*) cruſtaceus flauus, ſcutellis luteis. Gelber Mauer-Lichen; Mauerkrätze.

H. ad muros im Paradiſe, et alibi, copioſe. Perſiſtens.

Muſcum abradunt et ſebo immiſcent, vt candelas obtineant pulcre flauas pro diebus feſtis, ruſtici Smolandiae. *Linn.*

906. L. (*tartareus*) cruſtaceus exalbido-vireſcens, ſcutellis flaueſcentibus, margine albo.

H. an der Stadtmauer im Paradiſe. Perſiſtens.

Colorem pulcrum rubrum more orocellae ex eo parant Weſtgothi. *Linn.*

907. L. (*palleſcens*) cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. Lichen (*muralis*) imbricatus flauo-vireſcens, ſcutellis concoloris demum luteſcentibus; margine pallido. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 130.* Grauer Schild-Lichen.

H. in aſſeribus vetuſtis bey der Lindenallee; in corticibus arborum, et alibi, frequens. Perſiſtens.

908. L. (*ſubfuſcus*) cruſtaceus albicans, ſcutellis nigris; iunioribus vrceolatis cauis. α. L. ſubfuſcus ater; β. L. ſubfuſcus rufus; γ. L. ſubfuſcus luteus. *Weis Cryptog. p. 49. 50.* Brauner- ſchwarzer- röthlicher- gelblicher Schild-Lichen.

H. ad arbores et muros im Paradiſe, et alibi. Perſiſtens.

*** *Imbricati.*

909. L. (*centrifugus*) imbricatus, foliolis obſolete multifidis laeuibus albidis centrifugis, ſcutellis rufofuſcis. Grünlicher concentriſcher Schuppen-Lichen.

H. in columnis lapideis beym Altan im Schloßgarten, et alibi in ſaxis, frequens. Perſiſtens.

Progrediendo a centro ad peripheriam, ſenſim in medio deliqueſcendo, primo intuitu dignoſcitur. *Linn.*

910. L. (*ſaxatilis*) imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis badiis. Lichen laciniatus ſaxatilis, *Weis Cryptog. p. 55.* Ausgeſchweifter Stein-Schuppen-Lichen.

H. in ſaxis; etiam in ſepimentis vetuſtis et prunis antiquis im Gnez. Perſiſtens.

Offic. VSNEAE Herba. Ad haemorrhagias valere dicitur: ſed hanc virtutem cum tota gente communem habet. *Vog.* Inferne nigricat. Tingit colore purpuraſcente. Exoleta, inutilis. *Linn.*

911. L. (*oliuaceus*) imbricatus, foliolis lobatis nitidis liuidis. Olivenfarbiger Schuppen-Lichen.

H. in ſalicibus et in aliis arboribus in der Weidenallee und im Gnez, frequens; etiam ad ſaxa. Perſiſtens.

Peltae orbiculatae, eleuatae, membranaceae, vndique liberae. Colore fuſco-virenti diſtinguitur, praeſertim madefactus.

912. L. (*parietinus*) imbricatus, foliolis criſpis fuluis, peltis concoloribus fuluis. Goldgelber Schuppen-Lichen; gemeine gelbe Baumkrätze.

H. ad arbores, ſepimenta, muros, vbique. Perſiſtens.

913.

913. L. (*phyſodes*) imbricatus, laciniis obtuſis ſubinflatis: Lichen laciniatus phyſodes. *Weis Crypt. p. 57.* Ausgeſchweifter aufgeblaſener Schuppen-Lichen.

H. ad ſaxa; ad arbores im Gnez, et alibi, paſſim. Perſiſtens.

914. L. (*ſtellaris*) imbricatus, foliolis oblongis laciniatis anguſtis cinereis, ſcutellis pullis. Weiſſer ſternförmiger Schuppen-Lichen.

H. in ramis arborum vbique. Perſiſtens.

**** *Foliacei.*

915. L. (*ciliaris*) foliaceus erectiuſculus, laciniis linearibus ciliatis (viridibus acutis), ſcutellis pedunculatis crenatis.

H. in arboribus vbique. Perſiſtens.
Siccatus cineraſcit.

916. L. (*hiſpidus*) foliaceus laciniatus albus, laciniis adſcendentibus obtuſis piloſis, ſcutellis ſeſſilibus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 126.*

H. in ſalicibus am Anger hinter den Baraken, et alibi. Perſiſtens.

Praecedente longe minor. Siccus pariter ac humidus albus eſt. Scutella margine vix crenata.

917. L. (*pulmonarius*) foliaceus laciniatus obtuſus glaber; ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſus. Baumlungenkraut; Lungenmoos.

H. extra term. Fl. Barb. in fagis über Lindau gegen Brands Heide, copioſe. Fl. hieme.

Offic. PVLMONARIAE ARBOREAE Herba. Adſtringit et ſiccat. Tuſſientibus et ictericis auxiliatur. Sibiriaci loco lupuli cereuiſiae incoquunt. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.*

918. L. (*furfuraceus*) foliaceus decumbens furfuraceus, laciniis acutis, ſubtus lacunoſis atris. Schwarz und grauer kleiiger Baum-Lichen.

H. in ſepimentis vetuſtis hinter den Baraken, rarius. Perſiſtens.

919. L. (*farinaceus*) foliaceus erectus compreſſus ramoſus, verrucis marginalibus farinoſis. Bläulicher warziger Baum-Lichen.

H. ad ſalices in der Weidenallee; im Gnez, et alibi. Perſiſtens.

Magnitudine foliorum ludit. Extremitates laciniarum a verrucis nodoſae apparent. Rubro colore tingit. *Weis.*

920. L. (*fraxineus*) foliaceus rectus oblongus lanceolatus ſublaciniatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. Langblättriger faltiger Baum-Lichen.

H. in tiliis et ſalicibus in den Alleen, et alibi, frequens. Perſiſtens.

921. L. (*prunaſtri*) foliaceus erectiuſculus lacunoſus, ſubtus tomentoſus albus. Weiſſes Lungenkraut; weiſſes Lungenmoos.

H. in prunis im Gnez, et alibi, copioſiſſime. Perſiſtens.

Rubro colore tingit. Variat figura, magnitudine et colore pro diuerſo loco natali et aetate. Puluis cyprius fertur ex foliis parari poſſe praeſtantiſſimus. *Linn.*

922. L. (*caperatus*) pallide viridis rugoſus, margine vndulatus. Gelblich grüner roſenförmiger Baum-Lichen.

H. in arboribus im Gnez, et alibi; etiam in ſaxis paſſim. Perſiſtens.

Glauceſcente-luteus ſeu ſulphureus parum vireſcens; parum foliaceus, raro ſcutellas proferens.

***** *Coriacei.*

923. L. (*venoſus*) coriaceus repens ouatus planus; ſubtus venoſus villoſus, peltis marginalibus horizontalibus. Grüner adriger Erd-Lichen.

H. ad ſcrobes bey den Pröbsſümpfen, et alibi. Fl. hieme.

Folia ſemuncialia et vncialia, ſuperne ſubrotunda plana, inferne cunei inſtar decurrentia.

924. L. (*aphthoſus*) coriaceus repens lobatus obtuſus planus, verrucis ſparſis, pelta marginali adſcendente, Lichen caninus γ, aphthoſus. *Weis Crypt. p. 80.* Warziger grüner Hunds-Lichen.

H. in ſterilibus montoſis zwiſchen der Polenmühle und Tochheim. Fl. primo vere.

Offic. MVSCI CVMATILIS Herba. Infuſum cum lacte infantibus aphthis laborantibus propinatur. Infuſum aquoſum purgat et vermes pellit. *Linn.* Folia ſiccata ſunt glauca, virentia vero ſaturate viridia.

925. L. (*caninus*) coriaceus repens lobatus obtuſus planus; ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. Lichen caninus α. cinereus; β. ruſeſcens. *Weis Cryptog. p. 78. 79.* Aſchgrauer und bräunlicher Hunds-Lichen.

H. α. ad terram im Schloßgarten am Graben; β. in ſylvis gegen Tochheim. Fl. vere et auctumno.

Offic. MVSCI CANINI Herba. Vt ſpecificum contra morſum animalium rabidorum laudatus eſt. Folia quaſi farina cinerea ſunt tecta. Pelta marginalis brunnea, ſubtus laeuis et incarnata.

****** *Scyphiferi.*

926. L. (*cocciferus*) ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. Lichen pyxidatus ſ. cocciferus. *Weis Crypt. p. 90.* Scharlachköpfiger Becher-Lichen; Feuerkraut.

H. in ſepimentis putridis hortorum an der Lindenallee, et alibi. Fl. hieme.

Offic. MVSCI PYXIDATI Herba; Herba ignis. Commendatur infuſum ad tuſſim conuulſiuam. *Vog.*

927. L. (*pyxidatus*) ſcyphifer ſimplex crenulatus, tuberculis fuſcis. Lichen pyxidatus b. tuberculatus. *Weis Crypt. p. 85.* Einfacher graufköpfiger Becher-Lichen.

H. ad muros im Paradiſe, et alibi. Fl. hieme.

928. L. (*fimbriatus*) ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico. Lichen pyxidatus e. fimbriatus. *Weis Crypt. p. 88.* Gezähnter Becher-Lichen.
H. ad ſepimenta vetuſta bey Gethſemane; in glareoſis trans Salam oberhalb Großroſenburg. Fl. hieme.

929. L. (*gracilis*) ſcyphifer ramoſus denticulatus filiformis. Lichen pyxidatus h. gracilis. *Weis Crypt. p. 93.* Schlankſtengelicher Becher-Lichen.
H. in ericetis trans Albim gegen Friederikenberg, et alibi. Fl. hieme.

930. L. (*cornutus*) ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubuentricoſus, calycibus integris. Lichen pyxidatus c. cornutus. *Weis Cryptog. p. 86.* Gehörnter Becher-Lichen.
H. in ſterilibus trans Albim zwiſchen der Poleymühle und Tochheim, et alibi. Fl. hieme.

******* *Fruticuloſi.*

931. L. (*rangiferinus*) fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. Rennthiermoos.
H. var. β. L. rangiferinus ſylvaticus in ſterilibus auf dem Anger zwiſchen dem Damme und Monplaiſir, et alibi trans Albim, copioſe. Fl. hieme.
Alpeſtris differt a ſyluatico, vt flos plenus a ſimplici. Ramificationes ad alas perforatae ſunt. Huic Licheni innititur oeconomia et ſalus totius Lapponiae; hoc enim hieme tota ſuſtentantur Rangiferi, Lapponum pecora. *Linn.* Etiam apud nos cerui hiemis tempore hunc lichenem, niue abraſa, comedere ſolent.

932. L. (*vncialis*) fruticuloſus perforatus, ramulis breuiſſimis acutis.
H. in ſterilibus ſyluaticis zwiſchen der Poleymühle und Tochheim. Fl. hieme.
Caules longitudine vix pollicari, ſubnudi, candicantes.

933. L. (*ſubulatus*) fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. Langäſtiger Strauch-Lichen.
H. cum praecedente und gegen Friederikenberg. Fl. hieme.

934.

********* *Filamentoſi.*

934. L. (*barbatus*) filamentoſus pendulus ſubarticulatus, ramis patentibus. Langbärtiger Faden-Lichen.

H. extra term. Fl. Barb. in Brands Heide. Perſiſtens.

Cauliculi ad ſemipedalem longitudinem et vltra protenſi alte dependent ex arboribus. Si aliquamdiu in aqua maceratur, rubrum accipit colorem, vel aurantiacum: hinc in Penſyluania, referente *Dillenio*, pro tingendo colore aurantiaco vſurpatur. *Weis.*

935. L. (*iubatus*) filamentoſus pendulus, axillis compreſſis. Vſnea iubata nigricans *Dillenii.* Schwärzlich langhaariger Faden-Lichen.

H. cum praecedente. Perſiſtens.

936. L. (*chalybeiformis*) filamentoſus ramoſus diuaricatus decumbens implicato-flexuoſus.

H. in ſepimentis vetuſtis hinter den Baraken; rariſſime. Perſiſtens.

937. L. (*hirtus*) filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis. Sträubiger Faden-Lichen.

H. in ſepimentis vetuſtis; in arboribus im Gnez, et alibi, copioſe. Perſiſtens.

In decocto ad firmandos pilos facere dicitur. *Weis.*

363. BYSSVS. Vegetabiliſcher Staub.

Lanugo aut *puluis* ſimpliciſſimus.

* *Filamentoſae.*

938. B. (*flos aquae*) filamentis plumoſis natantibus. Byſſus latiſſima papyri inſtar ſuper aquam expanſa. *Dill.* Waſſerblume; häutige Waſſerblume.

H. in ſtagnis bey der Gurgel hinter dem Gnez, et alibi. Fl. aeſtate.

In exſiccatis alba euadit. Secundum *Weiſium Cryptog. p.* 19. non pertinet ad viuas plantas, ſed eſt collecta materia e particulis putredine deſtructarum plantarum aquaticarum.

939. B. (*velutina*) capillacea viridis, filamentis ramoſis. Grüner Seiden-Byſſus.
H. ad foſſas exſiccatas am Gnez, et alibi. Fl. auctumno et hieme.

** *Puluerulentae.*

940. B. (*antiquitatis*) puluerulenta atra. Lichen antiquitatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 138.*
H. an der Stadtmauer im Paradiſe, frequens. Perſiſtens.

941. B. (*ſaxatilis*) puluerulenta cinerea rupes operiens. Schwarzgrauer Stein-Byſſus.
H. an den Bildſäulen im Schloßgarten; am Schloſſe ſelbſt; et alibi. Perſiſtens.

942. B. (*candelaris*) puluerulenta flaua lignis adnaſcens. Lichen flauus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 139.* Schwefelgelber körniger Byſſus.
H. in ſepimentis vetuſtis bey der Lindenallee; in corticibus arborum im Gnez; et alibi. Perſiſtens.

943. B. (*botryoides*) puluerulenta viridis. Tremella botryoides. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 141.* Grüner körniger Byſſus.
H. in ſalicibus cauis in der kleinen Weidenallee; in ollis hortulanorum; et alibi. Viget aeſtate et auctumno.

944. B. (*incana*) puluerulenta incana, farinae inſtar ſtrata. Lichen incanus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 139.* Grauer Mehl-Byſſus.
H. ad foſſas am Anger gegen Colphus; et alibi. Viget auctumno et hieme.

945. B. (*lactea*) puluerulento-cruſtacea albiſſima. Lichen lacteus. *Schreb. Spic. Lipſ. p. 139.* Weiſſer Kalk-Byſſus.
H. in corticibus praeſertim prunorum, im Gnez, et alibi. Viget hieme.

364. TREMELLA. Gallerte.

Fructificationes vix manifeſtae, in corpore gelatinoſo.

946.

946. T. (*iuniperina*) ſeſſilis membranacea auriformis fulua.

H. in editis ſiccis von Dornburg nach Gommern hin. Viget Aprili.

Membranacea gelatinoſa, luteſcente-virens. Siccata fragilis, nigricans. *Mant. p.* 508.

947. T. (*Noſtoc*) plicata vndulata. Noſtoch.

H. ad terram auf dem Anger hinter der Gurgel an der Elbe, vbi poſt tempus pluuioſum menſe Decembri copioſe vigebat; auch im Schloßgarten in den Gängen beym Graben. Viget praecipue vere et aeſtate.

Folio conſtat, quod radices non habet, ſed tantum terrae impoſitum eſt. Color ſordide vireſcens, et in ſtatu ſicco nigricans. Vires medicae praeſtantes ei tribuuntur. Vulneraria et anodyna virtute pollere dicitur, et intus aſſumta, ſiue in puluere ſiue in aqua deſtillata, dolores arthriticos in primis ſedare. In ſpiritu vini infuſa et huius potatoribus clam propinata efficit, vt hunc ſpiritum faſtidiant. *Vog.*

948. T. (*purpurea*) ſubgloboſa ſeſſilis ſolitaria glabra.

H. in ramis emortuis et moribundis in der Lindenallee; im Schloßgarten; et alibi. Viget hieme.

Excludenda, ſecundum *Weiſium Crypt. p.* 30. ex hocce genere, et pro initio agarici cuiusdam habenda.

b. *Algae aquaticae.*

365. VLVA. Watt; Ulle.

Fructificationes in membrana diaphana.

949. V. (*inteſtinalis*) tubuloſa ſimplex. Darm-Ulve.

H. in foſſis et ſtagnis bey der Gurgel hinter dem Gnez, et alibi, frequens. Viget aeſtate.

Ad longitudinem vlnarem et craſſitiem pollicarem accreſcit.

950. V. (*granulata*) globoſa farcta viridis. V. ſphaerica aggregata. *Sp. Pl. 2. p. 1633.* Tremella globoſa. *Weis Crypt. p. 28.*

H. am Elbdamme beym Gnez. Viget hieme et veris initio.

Veſi-

Veſiculis conſtat viridibus diuerſae magnitudinis, ad piſi vsque magnitudinem peruenientibus.

366. CONFERVA. Waſſerfaden; Graslever.

Tubercula inaequalia in fibris capillaribus longiſſimis.

951. C. (*riuularis*) filamentis ſimpliciſſimis aequalibus longiſſimis. Lange Bach-Conferve; Waſſerſchlamm.

H. in foſſis et ſtagnis bey Cyprena; auch im Graben des Schloßgartens, et alibi. Viget a vere in auctumnum.

Vulneratas partes glutinare dicitur et oſſa fracta mirabili celeritate, ſi ipſis imponatur et areſacta aqua ſubinde humidetur. *Vog.*

952. C. (*bulloſa*) filamentis aequalibus ramoſis, bullas aereas includentibus. Schäumige Conferve; Wieſenpelz; Wieſenwatte.

H. in ſtagnis et foſſis gegen Gelinde, et alibi. Viget aeſtate.

Poſt inundationes nonnumquam prata obducit, et ſub forma ſtupae tenerae exſiccatur, quae veſtibus faciendis inſeruire poteſt. Sed in Thuringia quondam hoc experimento facto, ii, qui eiusmodi veſtimentis vſi ſunt, in ſaeuos inciderunt dolores articulares. *Weis.*

953. C. (*amphibia*) filamentis aequalibus ramoſis, exſiccatione coëuntibus in aculeos. Schwamm-Conferve.

H. in foſſis et vdis, vbi aquae viciſſitudines ſeruant, in der Gurgel, et alibi. Viget aeſtate.

954. C. (*reticulata*) filamentis reticulato-coadunatis.

H. in ſtagnis gegen Dornburg. Viget aeſtate.

Areolae 5-et 6-angulares plerumque ſunt. Color etiam in ſiccitate viridis. Forte generis proprii planta, vt *Schreberus* in litteris ad me datis adnotat, cuius ſingula indiuidua ſunt ſacculi cylindracei, reticulati, e filis breuiſſimis in figuras pentagonas vel hexagonas digeſtis compoſiti. Pulcra plantulae fabrica.

FVN-

F V N G I.

367. AGARICVS. Blätterſchwamm.

Fungus horizontalis, ſubtus lamelloſus.

** Stipitati, pileo orbiculato.*

955. A. (*Chantarellus*) ſtipitatus, lamellis ramoſis decurrentibus. Pfifferling.
H. in ſylua bey Friederikenberg. Septembri.
Eſculentus; Gleditſchio tamen ſuſpectus.

956. A. (*quinquepartitus*) ſtipitatus, pileo ſubflaueſcente partito, lamellis albidioribus interne dentato-connexis.
H. in der Lindenallee. Aeſtate.

957. A. (*muſcarius*) ſtipitatus, lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite voluato; apice dilatato, baſi ouata. Fliegenſchwamm.
H. in ſylua bey Friederikenberg, et alibi. Septembri.
Variat pileo albo, rubro, coccineo et verrucoſo. Cum lacte muſcas occidit. Liquamen e contuſo fungo parietibus lectoque inunctum expellit cimices. *Linn.*

958. A. (*dentatus*) ſtipitatus, pileo conuexo, lamellis baſi mucrone dentatis.
H. in der Lindenallee; am Damme gegen Gelinde. Auctumno.
Pileus flaueſcens, ſubuiſcidus. Lamellae baſi a ſtipite diſcedentes, vbi denticulo acuminato inſtructae. Confertim naſcitur.

959. A. (*delicioſus*) ſtipitatus, pileo teſtaceo, ſucco luteſcente. Reisker; Herbſiling.
H. in ſylua bey Friederikenberg, frequens. Auctumno.
Eſculentus inter optimos.

960. A. (*campeſtris*) ſtipitatus, pileo conuexo ſquamato albido, lamellis rufis. Champignon.
H. auf dem Anger bey der groſſen Weidenallee, et alibi, frequens. Aeſtate et auctumno.
Eſculentus inter primarios.

961. A. (*Georgii*) ſtipitatus, pileo flauo conuexo, lamellis albis. Mayſchwamm; Weißling; Sanct Georgen-Schwamm.

H. auf dem Anger. Maio.

Eſculentus.

962. A. (*cinamomeus*) ſtipitatus, pileo ſordide flauo, lamellis luteo-rufis. Nägelein-Blätterſchwamm.

H. bey Tochheim; auch bey Gethſemane am Wege nach der Stadt. Auctumno.

Eſculentus.

963. A. (*mammoſus*) ſtipitatus, pileo conuexo acuminato griſeo, lamellis conuexis griſeis crenatis, ſtipite nudo.

H. in pomariis an der Lindenallee, et alibi. Octobri, Nouembri.

964. A. (*clypeatus*) ſtipitatus, pileo hemiſphaerico viſcido acuminato lamellis albis, ſtipite longo cylindrico albo.

H. in gramineis an der Lindenallee. Auctumno.

965. A. (*extinctorius*) ſtipitatus, pileo campaniformi albido lacero, lamellis niueis, ſtipite ſubbulboſo ſubulato nudo.

H. auf dem Schloßhofe, et alibi. Aeſtate.

966. A. (*fimetarius*) ſtipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuoſis, ſtipite fiſtuloſo. Miſtſchwamm; Paddenſtul.

H. in ſtercoratis beym Weinberge, et alibi. Aeſtate et auctumno.

Perniciosus.

967. A. (*campanulatus*) ſtipitatus, pileo campanulato ſtriato pellucido, lamellis adſcendentibus, ſtipite nudo.

H. inter olera im Paradiſe, et alibi. Aeſtate et auctumno.

Lamellae cinereae ſ. atrae. Stipes nudus longiſſimus.

968. A. (*ſeparatus*) ſtipitatus, pileo laeui liuido, lamellis nigricantibus ſeparatis, ſtipite bulboſo voluato.

H. in der Lindenallee. Aeſtate et auctumno.

Lamellae baſi a ſtipite diſtinctae. Stipes longus cylindricus.

969. A. (*fragilis*) ſtipitatus, pileo conuexo viſcido pellucido lamellisque luteis, ſtipite nudo.

H. am Wege im Elbwerder; etiam ad arbores. Auctumno.

970. A. (*vmbelliferus*) ſtipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis baſi latioribus. Kleinſter weiſſer Blätterſchwamm.

H. inter muſcos im Frizer Buſche; am Graben beym Gnez, et alibi. Octobri.

Minutus.

971. A. (*androſaceus*) ſtipitatus albus, pileo plicato membranaceo, ſtipite nigro. Ammanita minima muſcoſa *Dillenii.*

H. im Schloßgarten auſſen bey den Fichten am Elbhafen, et alibi. Octobri, Nouembri.

Stipes capillaris. Lamellae tenuiſſimae. Minutus.

972. A. (*clauus*) ſtipitatus, pileo luteo conuexo ſtriato, lamellis ſtipiteque albis.

H. inter folia deiecta im Gnez. Nouembri, Decembri.

Pileus in noſtro flauus. Statura in minoribus clauum repraeſentat.

973. A. (*ſordidus*) ſtipitatus, pileo ſemiouato ſordido margine inflexo, lamellis fuſcis, ſtipite attenuato ſordido. *Leyſ. Hall. p. 217. Linn. Fl. Suec. 2. p. 446. n. 1217.*

H. auf dem Anger gegen Colphus. Auctumno.

974. A. (*Infundibulum*) ſtipitatus, pileo concauo infundibuliformi e nigricante fuſco. *Leyſ. Hall. p. 217.*

H. am Wege von den Baraken nach dem Anger. Nouembri.

** *Paraſitici, acaules, dimidiati.*

975. A. (*quercinus*) acaulis, lamellis labyrinthiformibus.

H. in lignis putreſcentibus hortorum an der Lindenallee, et alibi. Perſiſtens.

Hic eſt praecipue, qui in domibus humidis ligna inueſtit illorumque corruptionem promouet.

976. A. (*betulinus*) acaulis coriaceus villoſus; margine obtuſo, lamellis ramoſis anaſtomoſantibus. Ein rauher weiſſer geſtreifter und ſchuppenartig wachſender Baumſchwamm, ſonder Stiel, von Geſtalt einer Kammmuſchel. *Gled.*

H. in truncis betularum, aliarumque arborum bey Friederikenberg, et alibi. Perſiſtens.

Vix carnoſus et fere coriaceus, zonis variis magis villoſis, aliisque interiectis magis glabris. Lamellae firmae, rarius inter ſe connexae.

977. A. (*alneus*) acaulis, lamellis bifidis puluerulentis.

H. in alnis an der Ruthe hinter Walternienburg. Vere.

Minor; plures imbricatim creſcentes.

368. BOLETUS. Löcherſchwamm.

Fungus horizontalis, ſubtus poroſus.

* *Paraſitici acaules.*

978. B. (*ſuberoſus*) acaulis puluinatus albus laeuis, poris acutis difformibus.

H. ad truncos alnorum hinter Walternienburg. Perſiſtens.

Coriaceo-conuexus, villoſus, albus. Pori rotundi flexuoſique. Inſeruit loco ſuberis. *Linn.*

979. B. (*fomentarius*) acaulis puluinatus inaequalis obtuſus, poris teretibus aequalibus glaucis.

H.

H. ad ſalices in der kleinen Weidenallee, et alibi, paſſim. Perſiſtens.

Facies pedis equini. Supra albus, vix villoſus. Inſeruit pro fomite. *Linn.*

980. B. (*igniarius*) acaulis puluinatus laeuis, poris tenuiſſimis. Zunderſchwamm; Feuerſchwamm.

H. in ſalicibus et aliis arboribus im Gnez, et alibi, frequens. Perſiſtens.

Agaricus pedis equini facie, *Tournef.* Ex hoc maxime fomes paratur.

981. B. (*verſicolor*) acaulis, faſciis diſcoloribus, poris albis.

H. ad truncos arborum antiquarum im Frizer Buſche; in der Weidenallee; in lignis ſepoſitis bey der Bleichſchenke, et alibi. Perſiſtens.

Pori ſubtus, etiam oculo armato, ſaepius vix apparent, ſed potius ſuperficies glabra lurida. Faſciae ſupra ſunt hirſutae. In ſtatu ſicco eſt coriaceus.

982. B. (*ſuaueolens*) acaulis, ſuperne laeuis, ſalicinus.

H. ad ſalices in der groſſen Weidenallee, et alibi. Perſiſtens.

Odore grato diſtinguitur. Colligitur et portatur a Lappis ad gratiam conciliandam. Inſeruit ad pellendos acaros inter veſtimenta repoſitus. *Linn.*

** *Stipitati.*

983. B. (*viſcidus*) ſtipitatus, pileo puluinato viſcido, poris teretibus conuexis immerſis diſtinctis, ſtipite lacero.

H. in truncis bey Gommern. Auctumno.

984. B. (*luteus*) ſtipitatus, pileo puluinato ſubuiſcido, poris rotundatis conuexis flauiſſimis, ſtipite albido. Schweinepilz; Kiefernpilz.

H. in ſylua bey Friederikenberg. Auguſto.

Eſculentus, ſed minoris pretii.

985. B. (*bouinus*) ſtipitatus, pileo glabro puluinato marginato, poris compoſitis acutis; porulis angulatis breuioribus.

Var. α. Kuhpilz, quae in ſyluis ad notabilem magnitudinem excreſcere ſolet.

Var. β. Judenpilz, quae non veſca. In fungo diffracto color flauus ex tempore in viridem mutatur.

Var. γ. Herrnpilz; Steinpilz. Haec varietas in deliciis habetur.

H. in ſylua bey Friederikenberg. Auguſto.

986. B. (*granulatus*) ſtipitatus, pileo viſcido puluinato, poris teretibus ſubangulatisque truncatis; angulo granulato.

H. in terra ſubhumida in ſylua bey Friederikenberg. Auctumno.

Stipes pileo breuior. Pileus margine acuto cinctus.

987. B. (*ſubſquamoſus*) ſtipitatus, pileo albido, poris difformibus oblongo-flexuoſis niueis.

H. in ſyluis paſſim in terra; etiam ad arbores im Gnez. Auctumno.

Magnus carnoſus albido-flaueſcens, nec glaber nec viſcidus, ſed ſubſquamoſus. Pileus, ſi ad truncos arborum creſcit, dimidiatus. Stipes breuis.

369. HYDNVM. Stachelſchwamm.

Fungus horizontalis, ſubtus echinatus.

988. H. (*tomentoſum*) ſtipitatum, pileo plano-infundibuliformi. Dunkelbrauner trichterförmiger Stachelſchwamm.

H. in ſylua bey Friederikenberg. Auctumno.

Pileus coriaceus fuſcus aut cinereus, tomentoſus, centro peruius. Aculei albi. Stipes fuſcus.

370. PHALLVS. Ader- Gicht- oder Morchelſchwamm.

Fungus ſupra reticulatus, ſubtus laeuis.

989. P. (*eſculentus*) pileo ouato celluloſo, ſtipite nudo rugoſo. Morcheln.

H. ad dumeta hinter Monplaiſir; auch in der Vorderluke; rarius. Aprili, Maio.

Hic ad cibos et iuſcula expetitur; hinc etiam ſiccatus adſeruatur et diuenditur.

371. PEZIZA. Becherſchwamm.

Fungus campanulatus, ſeſſilis.

990. P. (*lentifera*) campanulata lentifera.

H. in ſepimentis putridis im Paradiſe; in ciſtis et ollis hortulanorum, et alibi. Vere et auctumno.

Minuta. Figura repraeſentat infundibulum ſeu conum cauum inuerſum, in cuius fundo granula aliquot ſita ſunt.

991. P. (*punctata*) turbinata truncata, diſco punctato.

H. in ſtercore equino in Miſtbeeten. Vere.

Diſcus niueus, punctis atris eminentibus.

992. P. (*cyathoides*) cyathiformis, margine obtuſo erecto.

H. inter muſcos im Gnez. Auctumno.

993. P. (*ſcutellata*) plana, margine conuexo piloſo. Orbicularis conuexo-plana lentiformis ſeſſilis coccinea, marginibus ciliatis. *Necker delic. Gallobelg. p. 535.*

H. in parietibus putridis; etiam decliuibus arenoſis, paſſim. Hieme.

994. P. (*Auricula*) concaua rugoſa auriformis. Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. *Spec. Pl. p. 1625.* Hollunderſchwämmlein; Judasöhrlein.

H. ad truncos arborum ſepoſitos in horto an der Lindenallee; bey der Bleichſchenke, et alibi. Octobri, Nouembri.

Offic. AVRICVLA IVDAE ſ. FVNGVS SAMBVCINVS. Laudatur in lippitudine aqua roſarum maceratus, et pro collutione oris in adfectibus faucium inflammatoriis. *Vog.* Trita, eximia. *Linn.*

372. CLAVARIA. Keulenſchwamm; Hörnerſchwamm.
Fungus laeuis oblongus.

995. C. (*piſtillaris*) clauaeformis ſimpliciſſima.

H. in ſylua gegen Dornburg; auch bey Walternienburg. Septembri.

Color luteus. Longitudo circa digiti. Figura clauam perfecte repraeſentat.

996. C. (*digitata*) ramoſa lignea nigra.

H. ad ligna putrida im Paradiſe; in terra im Schloßgarten zwiſchen der Fichtenhecke und dem Amthauſe. Auctumno.

997. C. (*muſcoides*) ramis ramoſis acuminatis inaequalibus luteis.

H. ad truncos putridos in horto an der Lindenallee. Nouembri.

Minuta, vnciae longitudine; gregatim naſcens e rimis ligni putreſcentis.

373. LYCOPERDON. Staub- oder Kugelſchwamm.
Fungus ſubrotundus, *ſeminibus* farinaceis repletus.

998. L. (*Bouiſta*) ſubrotundum lacerato-dehiſcens. Boviſt.

H. auf dem Anger gegen Monplaiſir, et alibi, copioſe. Aeſtate et auctumno.

Offic. BOVISTA ſeu CREPITVS LVPI. Antiqui Chirurgi Germani tamquam ſacra anchora eo vſi ſunt ad compeſcendas ſanguinis eruptiones. A Gallis poſtea repudiatus eſt; ſed ab iisdem nunc reuocatus et nouis experimentis tentatus famam celeberrimam in dictis morbis recuperauit. *Vog.* Trita, eximia. *Linn.* Fumus ſeu puluis eius oculos excoecare dicitur.

999. L. (*ſtellatum*) volua multifida patente, capitulo glabro, ore acuminato plicato. Var. α. Lycoperdon globoſum et ſeſſile, volua radiata patente, ore acuminato dentato, *Gled. Meth. Fung. p. 151.* quam olim in ſyluis aceroſis Vogtlandiae legi, apud nos nondum viſa. Var. β. Lycoperdon ſtellatum calyce inuerſo *Buxbaumii*, ſemel lecta ad ſepes im Schloßgarten. Auctumno.

1000. L. (*Epidendrum*) cortice farinaque purpurea.

H. in parietibus ligneis antiquis; in ramis emortuis ribeſiorum rubrorum im Paradiſe, et alibi. Vere.

1001. L. (*epiphyllum*) aggregatum paraſiticum, ore multifido lacero, puluere fuluo.

H. in dorſo foliorum Tuſſilaginis Farfarae; Sii Falcariae, aliarumque plantarum. Vere et aeſtate.

1002. L. (*varioloſum*) paraſiticum ſeſſile ſubrotundum, cortice exteriore fuluo deciduo, farina atra compacta. *Syſt. Nat. T. 3. p. m. 234.* Lichenoides tuberculoſum compreſſum nigrum lignis putridis adnaſcens. *Dill.*

H. in ramis emortuis in ſepibus bey den Fiſcherhäuſern, et alibi. Auctumno.

374. MVCOR. Schimmel.

Fungus veſiculis ſtipitatis.

* *Perennes.*

1003. M. (*Embolus*) ſeta nigra, villo fuſco. Embolus nigerrimus villo albo adſperſus. *Hall.*

H. in lignis aëri expoſitis putreſcentibus. Perſiſtens.

** *Fugaces.*

1004. M. (*Mucedo*) ſtipitatus, capſula globoſa.

H. in variis putridis, pane, plantis, fructibus; etiam calceis ſepoſitis, aliisque. Omni tempore.

1005. M. (*glaucus*) ſtipitatus, capitulo ſubrotundo aggregato.

H. in fungis, pomis, aliisque corruptis. Omni tempore.

1006. M. (*Eryſiphe*) albus, capitulis fuſcis ſeſſilibus.

H. in foliis Lamii, Lithoſpermi, Symphyti, aliisque. Aeſtate.

1007. M. (*ſepticus*) vnctuoſus flauus. Mucor vnctuoſus. *Fl. Suec. 2. p. 460.* Mucilago flaua ramoſiſſima mollis. *Hall.*

H. in hortorum terra praegnante; nec non ad parietes et pauimenta lignea, quae deſtruit. Aeſtate.



APPEN-

APPENDIX
PLANTARVM IN AGRIS AVT HORTIS FREQVENTIVS CVLTARVM.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

IASMINVM. Jaſmin; Jeſmin.

Cor. 5-fida. *Bacca* dicocca. *Sem.* arillata. *Antherae* intra tubum.

1. I. (*officinale*) fol. oppoſitis; foliolis diſtinctis.
In Friederikenberg.
Offic. IASMINI Flores, Vim habent aperientem, emollientem et lenientem. Oleum inde paratur. *Ludwig.*

SYRINGA. Flieder; Spaniſcher Hollunder.

Cor. 4-fida. *Capſula* bilocularis.

2. S. (*vulgaris*) fol. ouato-cordatis.
Im Herzogsgarten.

ROS-

ROSMARINVS. Roßmarin.

Cor. inaequalis, labio ſuperiore bipartito. *Filamenta* longa, curua, ſimplicia cum dente.

3. R. (*officinalis*).

In hortis.

Offic. ROSMARINI Flores, Folia. Oleo aethereo ſcatet. In omnibus capitis, neruorum et neruoſorum viſcerum morbis, a cauſſa frigida et atonia ortis, praeſentaneum eſt remedium, tum externo vſu, tum interno. *Vog.* Vſitata, heroica. *Linn.*

SALVIA. *Pag. 29.*

4. S. (*officinalis*) fol. lanceolato-ouatis integris crenulatis, flor. ſpicatis, calycibus acutis.

Offic. SALVIAE Herba. Iam apud Dioſcoridem pro ſummo ſudorifero, cardiaco et cephalico iure habetur. Si Chinenſibus haec planta offertur, quaerunt, cur Europaei illorum herbam Thee adeo ament, cum habeant Saluiam. *Boerh.* Frequens, praeſtans. *Linn.*

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

CROCVS. Safran.

Cor. 6-partita, aequalis. *Stigmata* conuoluta.

5. C. (*ſatiuus*) ſpatha vniualui radicali, corolla tubo longiſſimo.

In horto botanico.

α. (*officinalis*) auctumnalis, fol. anguſtioribus margine reuolutis.

β. (*ver-

β. (*vernus*) vernalis, fol. latioribus margine patulo.

Offic. CROCI ſtigmata. Somnum conciliant, mentem exhilarant, ſpiritus confortant, putredini valide reſiſtunt: ſed larga doſis euitanda. *Vog.*

IRIS. *Pag. 32.*

6. I. (*germanica*) corollis barbatis, caule foliis altiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. Schwertlilie.

In hortis.

Offic. IREOS NOSTRATIS Radix. Ad hydropicorum aquas educendas commendatur. Comeſta ſtrumoſis certiſſimum medicamentum habetur *Vog.* Heroica. *Linn.*

DIGYNIA.

PHALARIS. *Pag. 36.*

7. P. (*canarienſis*) panicula ſubouata ſpiciformi, glumis carinatis. Canarienſamen.

In hortis paſſim.

Offic. CANARIENSE Semen. Vſus praecipue pro pabulo Paſſerum canarienſium. Poſſet autem in cibum etiam hominum vſurpari. *Schreb.*

PANICVM. *Pag. 35.*

8. P. (*miliaceum*) panicula laxa flaccida, foliorum vaginis hirtis glumis mucronatis neruoſis. (Culmus ramoſus.) Hirſe; rother Hirſe.

In agris bey Döben; bey Groſſroſenburg, und gegen Zerbſt.

Offic. MILII Semen. Seminis decoctum leniens et demulcens in dyſenteria Hungarica ſpecificum deprehenſum. *Vog.*

AVE-

AVENA. *Pag.* 43.

9. A. (*ſatiua*) paniculata, calycibus diſpermis, ſeminibus laeuibus, altero ariſtato. Glatthaber.

In agris.

Offic. AVENA excorticata. Semen lenit, abſtergit, temperat. Externe torrefactum et ſacculis incluſum calida adplicatione colicos, pleuriticos et rheumaticos dolores lenit. *Veg.*

10. A. (*orientalis*) panicula coarctata ſecunda, ſpiculis bifloris horizontalibus parallelis, ſeminibus laeuibus. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 52. Türkiſcher Haber; Ungariſcher Haber.

In agris bey Döben.

Oeconomis magis coepit probari, quam A. ſatiua.

SECALE. Roggen.

Cal. oppoſitus, 2-valuis, 2-florus, ſolitarius.

11. S. (*cereale*) glumarum ciliis ſcabris.

In agris.

Panis optimum ferculum ſanis. Etiam in medicina plantae iuniores loco Theae, aqua panis, emplaſtrum de cruſta panis, diuerſimode vſurpantur.

HORDEVM. *Pag.* 45.

12. H. (*vulgare*) floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis; ordinibus duobus erectioribus. Gemeine Gerſte.

In agris.

Offic. HORDEI Semen. Decoctum eius humores diluit, attenuat, temperat, ſitim exſtinguit et vrinae acrimoniam lenit. *Vog.*

TRITICVM. *Pag.* 45.

13. T. (*aeſtiuum*) calycibus quadrifloris ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis. Sommerweizen.

In agris, apud nos rarius.

14. T. (*hibernum*) calycibus quadrifloris ventricoſis laeuibus imbricatis ſubmuticis. Winterweizen.

In agris.

Offic. AMYLVM, *Puluis Cyprius.* Vſus externus.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

RVBIA. Röthe.

Cor. 1-petala, campanulata. *Baccae* 2, monoſpermae.

15. R. (*tinctorum*) foliis annuis, caule aculeato. Färberröthe; Krapp.

In horto botanico: alibi in agris colitur.

Offic. RVBIAE TINCTORVM Radix. Eximia detergendi roborandique facultate pollet. Tingit colore rubro lanas; etiam oſſa quadrupedum et volucrium, ſi iis aliquamdiu deuoranda datur. *Vog.*

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

BORAGO. Boretſch.

Corolla rotata, fauce radiis clauſa.

16. B. (*officinalis*) foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. (*Pedunculi terminales multiflori.*)

In hortis.

Offic. BORAGINIS Flores, Folia. Egregie humectat et temperat feruidos humores, et in febribus ardentibus conuenit. *Vog.* Dubia, ſuperflua. *Linn.*

PRI-

PRIMVLA. *Pag.* 58.

17. P. (*Auricula*) fol. ſerratis glabris. Aurikel.
In hortis.
Varietates habet elegantes et numeroſas.

CONVOLVVLVS. *Pag.* 60.

18. C. (*purpureus*) fol. cordatis indiuiſis, fructibus cernuis, pedicellis incraſſatis.
In horto botanico.

19. C. (*tricolor*) fol. lanceolato-ouatis glabris, caule declinato, floribus ſolitariis.
In hortis.
Conuoluulus non Conuoluulus hortulanorum.

CAMPANVLA. *Pag.* 63.

20. C. (*Medium*) capſ. quinquelocularibus obtectis, caule indiuiſo, erecto, folioſo, flor. erectis. Waldglockenblume.
In hortis.
Calycibus a tergo lamellis quinque notatis.

LONICERA. Lonicere.

Cor. monopetala, irregularis. *Bacca* polyſperma, 2-locularis, infera.

21. L. (*Caprifolium*) flor. verticillatis terminalibus ſeſſilibus, foliis ſummis connato-perfoliatis. Je länger je lieber.
In hortis.

22. L. (*Periclymenum*) capitulis ouatis imbricatis terminalibus, fol. omnibus diſtinctis. Gemeine Specklilie; Roſe von Jericho.
In hortis.
Offic. CAPRIFOLII Stipites, Herba, Aqua. Vis vulneraria et mundificans. Dubia, exoleta. *Linn.*

NICO-

NICOTIANA. Taback.

Cor. infundibuliformis, limbo plicato. *Stam.* inclinata. *Capſ.* 2-valuis, 2-locularis.

23. N. (*Tabacum*) fol. lanceolato-ouatis ſeſſilibus decurrentibus, flor. acutis. Gemeiner Taback.
In agris frequens.
Offic. TABACI Herba, Semina. Circa annum 1560. in Europa primum innotuit per Ioannem Nicotum. Planta in ſe viroſa eſt et nauſeoſa: ſed vſu continuato hanc facultatem exuit, et ſine noxa e fiſtula fumus hauritur. In officinis inde paratur Oleum, Extractum, Syrupus. *Ludw.* Trita, praeſtans. *Linn.*

24. N. (*ruſtica*) fol. petiolatis ouatis integerrimis, flor. obtuſis. Kleiner Taback.
In agris inter praecedentem.

CAPSICVM. Indianiſcher Pfeffer; Beisbeere.

Cor. rotata. *Bacca* exſucca.

25. C. (*annuum*) caule herbaceo, pedunc. ſolitariis.
In hortis.
Offic. PIPERIS INDICI Fructus. Ignea acrimonia ineſt huic fructui, piperi aemula. Siliquae vel baccae recens conditae ad anorexiam et aſthmata commode adhiberi poſſunt, vel per ſe, vel cibis admiſtae. *Vog.* Eximia, rarior. *Linn.*

SOLANVM. *Pag.* 62.

26. S. (*tuberoſum*) caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis, pedunculis ſubdiuiſis. Erdäpfel; Erdbirnen; Cartoffeln.
In agris et hortis.
Planta e Peru adlata circa 1590. Cibus hominum et pabulum fere omnium animalium.

ATROPA. Tollkraut; Wolfskirſche.

Cor. campanulata. *Stam.* diſtantia. *Bacca* globoſa, 2-locularis.

27. A. (*Belladonna*) caule herbaceo, fol. ouatis integris. Gemeine Wolfskirſche.

In horto botanico; alibi frequens ſpontanea.

Offic. BELLADONNAE Folia, Baccae. Tota planta virulenta eſt, magis tamen baccae et radices, quam folia. Interim recentiores quidam et interne et externe aduerſus cancrum mammarum infuſum, debitis ſub cautionibus, praeſcripſerunt; neque adeo fruſtrato effectu. *Vog.* Inſueta, praeſtans, caute. *Linn.*

28. A. (*phyſaloides*) caule herbaceo, fol. ſinuato-angulatis, calyc. clauſis acutangulis.

In horto botanico, et nunc ſponte etiam inter olera.

Baccae compreſſae et aqua vel vino infuſae in dyſuria et calculo laudantur.

VITIS. Weinſtock.

Petala apice cohaerentia, emarcida. *Bacca* 5-ſperma, ſupera.

29. V. (*vinifera*) fol. lobatis ſinuatis nudis. Gemeiner Weinſtock.

In hortis.

Vſus notiſſimus. Trita, eximia. *Linn.*

30. V. (*laciniosa*) fol. quinatis, foliolis multifidis. Peterſilienweinſtock.

Im Herzogsgarten.

DIGYNIA.

BETA. Mangold.

Cal. 5-phyllus. *Cor.* o. *Sem.* reniforme, intra ſubſtantiam baſeos calycis.

31. B. (*vulgaris*) floribus congeſtis. (*Calycis foliola baſi dentata.*) Rothe Rüben.

In hortis et agris.

Offic. BETAE RVBRAE Herba, Radix. Vis diluens, humectans. Culinaris, exoleta. *Linn.*

32. B.

32. B. (*Cicla*) floribus ternis. (*Calycis foliola baſi inermia.*) Weiſſer Mangold.

In hortis.

Offic. BETAE ALBAE Herba. Vis et vſus praecedentis. *Linn.*

SIVM. *Pag. 75.*

33. S. (*Siſarum*) fol. pinnatis, floralibus ternatis. Zuckerwurzel.

In hortis.

Inter radices eſculentas vt ſalutifera et nutriens maxime laudatur.

CORIANDRVM. Coriander; Schwindelkörner.

Cor. radiata; *Petala* inflexo-emarginata. *Inuolucr. vniuerſale* 1-phyllum; *partialia* dimidiata. *Fructus* ſphaericus.

34. C. (*ſatiuum*) fructibus globoſis.

In hortis et agris.

Offic. CORIANDRI Semen. Tetrum habet odorem. Vertigini ſpecifice creditur mederi in epithemate, ſtomachum et inteſtina roborare et flatus diſcutere. *Vog.* Ab oeconomis haec planta ad talpas coërcendas commendata eſt.

ANETHVM. *Pag. 79.*

35. A. (*Foeniculum*) fructibus ouatis. Fenchel.

In hortis.

Offic. FOENICVLI Semen, Radix. In numero quatuor ſeminum calidorum ponitur ſemen; et radix inter quinque aperientes maiores recenſetur: vnde vſus facile pateſcit. *Vog.* Culinaris, trita, praeſtans. *Linn.*

PIMPINELLA. *Pag. 80.*

36. P. (*Aniſum*) fol. radicalibus trifidis inciſis. (*Inuolucella depauperata.*) Anis.

In agris ſeritur inter Papauer et Daucum.

Offic. ANISI Semen. Oleo volatili et dulci abundat, propter quod ſtomachum roborat, flatus diſcutit, mucum pulmonum reſoluit. *Vog.*

APIVM. *Pag. 80.*

37. A. (*Petroſelinum*) fol. caulinis linearibus, inuolucellis minutis. Peterſilie.

In hortis copioſe.

Offic. PETROSELINI Radix. Aperientibus quinque maioribus accenſetur. Incipienti cachexiae et calculoſae diſpoſitioni, vt tota planta, medetur. *Vog.* Praeſtans. *Linn.*

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

NARCISSVS. Narciſſe.

Petala 6, aequalia. *Nectario* infundibuliformi, 1-phyllo. *Stam.* intra nectarium.

38. N. (*poëticus*) ſpatha vniflora, nectario rotato breuiſſimo ſcarioſo crenulato.

In hortis.

ALLIVM. *Pag. 85.*

39. A. (*Porrum*) caule planifolio vmbellifero, ſtam. tricuſpidatis, radice tunicata. Lauch; Porre.

In hortis.

Vſus praecipue culinaris.

40. A. (*ſatiuum*) caule planifolio bulbifero, bulbo compoſito, ſtam. tricuſpidatis. Zahmer Knoblauch.

In hortis et nonnumquam in agris.

Offic. ALLII Radix. Virtus inſignis et multiplex. Calefacit, incidit et aperit; hinc ſtomachicum, diureticum,

ticum, ſudoriferum et alexipharmacum eſt. *Vog.* Culinaris, praeſtans, *Linn.*

41. A. (*aſcalonicum*) ſcapo nudo tereti, fol. ſubulatis, vmbella globoſa, ſtam. tricuſpidatis. Schalotten.

In hortis.

Floret rarius vel numquam. Vſus culinaris notiſſimus.

42. A. (*Cepa*) ſcapo nudo inferne ventricoſo, longiore foliis teretibus. Zwiebel.

In hortis et agris.

Offic. CEPAE Radix. Mordax ſapor et foetor nulli non notus. Aluum et vrinam mouet, flatus gignit, ſenſum excitat. Affata cepa tumores inflammatorios concoquit et vel celerrime rumpit, vel diſcutit. *Vog.* Culinaris, praeſtans. *Linn.*

HEMEROCALLIS. Affodillilie; Tagblume.

Cor. campanulata; tubo cylindrico. *Stamina* declinata.

43. H. (*flaua*) corollis flauis. β. Lilio-Aſphodelus luteus minor. *Tournef.*

In hortis.

Odor gratus. Flores explicantur plerumque noctu, et tempore meridiano praeterlapſo exareſcunt.

FRITILLARIA. Königskrone.

Cor. 6-petala campanulata, ſupra vngues cauitate nectarifera. *Stam.* longitudine corollae.

44. F. (*imperialis*) racemo comoſo inferne nudo, fol. integerrimis. Kaiſerkrone.

In hortis.

LILIVM. Lilie.

Cor. 6-petala, campanulata; *linea* longitudinali nectarifera. *Capſula* valuulis pilo cancellato connexis.

45. L. (*candidum*) fol. ſparſis, corollis campanulatis, intus glabris. Weiſſe Lilie.

In hortis copioſe.

Offic. LILIORVM ALBORVM Flores, Radix. Odor caput grauat et temulentum reddit. Flores oleo infuſi dolores leniunt et conſolidant. Radicis frequentiſſimus vſus eſt in clyſteribus et cataplaſmatibus. *Vg.* Trita, praeſtans. *Linn.*

46. L. (*bulbiferum*) fol. ſparſis, corollis campanulatis erectis, intus ſcabris. Feuerlilie.

In hortis.

47. L. (*chalcedonicum*) fol. ſparſis lanceolatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis. Rother Türkiſcher Bund.

In hortis.

48. L. (*Martagon*) fol. verticillatis, flor. reflexis, coroll. reuolutis. Türkiſcher Bund.

In hortis; alibi ſpontanea in ſyluis montoſis.

TVLIPA. Tulpe; Tulipanen.

Cor. 6-petala, campanulata. *Stylus* nullus.

49. T. (*ſylueſtris*) flore ſubnutante, foliis lanceolatis.

In hortis inter Tulipas occurrit et ob gratum odorem coli meretur.

Caulis altior; folia anguſtiora; flos luteus ſubtus vireſcens; filamenta baſi valde attenuata, ſupra baſin hirſuta.

50. T. (*geſneriana*) flore erecto, fol. ouato-lanceolatis.

In hortis frequens.

E Cappadocia adlata circa annum 1559. Huius varietates numeroſae et elegantiſſimae ornant menſe Maio hortos curioſorum.

SCIL-

SCILLA. Meerzwiebel.

Cor. 6-petala, patens, decidua. *Filamenta* filiformia.

51. S. (*amoena*) flor. lateralibus alternis ſubnutantibus, ſcapo angulato. Sternhyacinthe.

In hortis.

Circa annum 1590. Conſtantinopoli in Europam introducta. Germen flauum. Petalorum baſis lineolis 2. albidis.

HYACINTHVS. Hyacinthe.

Cor. campanulata; pori 3 melliferi *germinis.*

52. H. (*orientalis*) corollis infundibuliformibus ſemiſexfidis, baſi ventricoſis.

In hortis.

Huius varietates in hortis curioſorum multiplices.

53. H. (*Muſcari*) corollis ouatis, omnibus aequalibus. Muſcatenhyacinthe.

In hortis.

Color fere luridus, triſtis. Odor gratus. Ex Aſia in Europam ante 1554. aduena.

54. H. (*monſtroſus*) corollis ſubouatis. Corallenhyacinthe.

In hortis.

Videtur H. comoſi ſola varietas. *Linn.*

55. H. (*comoſus*) corollis angulato-cylindricis, ſummis ſterilibus longius pedicellatis.

In hortis.

Corollae triſtes fere Muſcari, horizontaliter exſtantes ſub et poſt antheſin; ante antheſin erectae. Corollae ſuperiores minutae ſteriles violaceae, pedicellis longiſſimis. *Mant.* 2. *p.* 366.

TRIGYNIA.

RVMEX. *Pag.* 91.

56. R. (*Patientia*) flor. hermaphroditis; valuulis integerrimis, vnica granifera; foliis ouato-lanceolatis. Mönchsrhabarber; das Kräutlein Patientia.

In horto botanico.

Folia ſeminalia ſagittata, vt R. Acetoſae. Caulis ſulcatus. Ad vſum culinarem haec planta commendata eſt im Leipziger Intelligenzblatte 1769.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

TROPAEOLVM. Indianiſche Kreſſe.

Cal. 1-phyllus, calcaratus. *Petala* 5, inaequalia. *Baccae* 3, ſiccae.

57. T. (*maius*) fol. peltatis ſubquinquelobis, petalis obtuſis.

In hortis.

Offic. NASTVRTII INDICI Herba. E Peru in Europam venit 1684. Sapor et vires vt Siſymbrii Naſturtii. Recens comeditur vel ſuccus potatur.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

RVTA. Raute.

Cal. 5-partitus. *Petala* concaua. *Recept.* punctis melliferis decem cinctum. *Capſ.* lobata. (*Quinta pars numeri in quibusdam excluditur.*)

58. R. (*graueolens*) fol. decompoſitis, flor. laterali-bus quadrifidis. Weinraute.
In hortis.
Offic. RVTAE Folia cum capitulis ſeminalibus; Semen. Multiplicem vſum habet. Alexipharmaca eſt et ſudo-rifera. *Vog.* Trita, heroica. *Linn.*

D I G Y N I A.

DIANTHVS. *Pag. 103.*

59. D. (*Caryophyllus*) flor. ſolitariis, ſquamis caly-cinis ſubouatis breuiſſimis, corollis crenatis. Gartennelke.
In hortis.
Varietates huius decus hortorum.

P E N T A G Y N I A.

AGROSTEMMA. *Pag. 110.*

60. A. (*Coronaria*) tomentoſa, fol. ouato-lanceo-latis, petalis emarginatis coronatis ſerratis. Kron-raden.
In hortis.

LYCHNIS. *Pag. 110.*

61. L. (*chalcedonica*) flor. faſciculatis faſtigiatis.
In hortis, quos floribus amoene rubris ornat.

D O D E C A N D R I A.

T R I G Y N I A.

RESEDA. *Pag. 113.*

62. R. (*odorata*) fol. integris trilobisque, calyc. flo-rem aequantibus.
Ob odorem ſuauiſſimum in hortis colitur.

EVPHORBIA. *P. 114.*

63. E. (*Lathyris*) vmbella quadrifida, dichotoma; foliis oppoſitis integerrimis.

In hortis paſſim.

Offic. CATAPVTIAE MINORIS Semina. Vis corrodens, draſtica, ſtimulans. Exoleta, cauta, ſuperflua. *Linn.* Germ. Springkörner, Treibkörner appellant, quia capſulae per maturitatem cum impetu diſſiliunt. *Rupp.*

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

PHILADELPHVS. Welſcher Jeſmin; Orangenblume.

Cal. 4-ſ. 5-partitus, ſuperus. *Petala* 4. ſ. 5. *Capſ.* 4-ſ. 5-locularis, polyſperma.

64. P. (*coronarius*) foliis ſubdentatis.

Im Herzogsgarten.

AMYGDALVS. Mandelbaum.

Cal. 5-fidus, inferus. *Petala* 5. *Drupa* nuce poris perforata.

65. A. (*Perſica*) fol. ſerraturis omnibus acutis, flor. ſeſſilibus ſolitariis. Pferſichbaum.

In hortis.

Offic. PERSICAE Flores, Nuclei. Flores clementer purgant, lumbricos expellunt et obſtructiones reſerant, vt hydropicis adeo vtiles fiant. *Vog.*

66. A. (*communis*) fol. ſerraturis infimis glanduloſis, flor. ſeſſilibus geminis. Gemeiner Mandelbaum.

In Gethſemane.

Offic. AMYGDALAE AMARAE; DVLCES. Humores acres temperant, dolores ac ſpaſmos leniunt, aluum emolliunt. *Vog.*

PRV-

PRVNVS. *Pag.* 116.

67. P. (*Armeniaca*) flor. ſeſſilibus, fol. ſubcordatis. Apricoſen.
In hortis.

POLYGYNIA.

ROSA. *Pag.* 120.

68. R. (*centifolia*) germinibus ouatis pedunculisque hiſpidis, caule hiſpido aculeato, petiolis inermibus. Gartenroſen; Centifolie.
In hortis frequens.
Offic. ROSARVM Flores. Aqua deſtillata roſarum in adfectibus oculorum frequenter vſurpatur. *Loeſ.*

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

PAPAVER. *Pag.* 124.

69. P. (*ſomniferum*) calycibus capſulisque glabris, fol. amplexicaulibus inciſis. Gartenmohn; Magſamen.
In hortis et agris.
Offic. PAPAVERIS ALBI et NIGRI Semen. In Oriente e papauere ſomnifero albo Opium paratur, dum ſuccus e planta, inciſuris factis, elicitur, qui aëre induratur. Oleum ſeminis temperat et humorum acrimoniam lenit ſpaſmosque ſoluit. *Gled. Vog.* Semine trito ruſtici trans Albim loco butyri aut olei ad cibos vtuntur.

DIGYNIA.

PAEONIA. Pfingſtroſe; Gichtroſe.

Cal. 5-phyllus. *Petala* 5. *Styli* 0. *Capſ.* polyſpermae.

70. P.

70. P. (*officinalis*) foliolis oblongis.
In hortis.
Offic. PAEONIAE Flores, Semen, Radix. Laudatur in motibus conuulſiuis, epilepſia, vertigine, apoplexia, paralyſi et menſtruis obſtructis. *Boerh.* Vſitata, heroica. *Linn.*

TRIGYNIA.

DELPHINIVM. *Pag. 126.*

71. D. (*grandiflorum*) nectariis diphyllis, labellis integris, flor. ſubſolitariis, fol. compoſitis lineari-multipartitis.
In hortis, vbi variis coloribus eleganter ludit.

PENTAGYNIA.

AQVILEGIA. Ackeley.
Cal. o. *Petala* 5. *Nectaria* 5. corniculata, inter petala. *Capſ.* 5, diſtinctae.

72. A. (*vulgaris*) nectariis incuruis.
In hortis; alibi frequens ſpontanea.
Offic. AQVILEGIAE Flores, Semen. Humores acres demulcet et temperat, vt ſuccus in febre hectica cum tuſſi egregium vſum praeſtiterit. *Vog.*

NIGELLA. *Pag. 127.*

73. N. (*damaſcena*) flor. inuolucro folioſo cinctis.
In hortis.

74. N. (*ſatiua*) piſtillis quinis, capſulis muricatis ſubrotundis, foliis ſubpiloſis.
Seritur in Döben, et alibi.
Offic. NIGELLAE Semen. Semina aperiunt, diſcutiunt, vrinam cient. Sed noxiarum virium multis ſuſpecta ſunt. *Ludw.*

POLYGYNIA.

RANVNCVLVS. *Pag. 130.*

75. R. (*aſiaticus*) fol. ternatis biternatisque, foliolis trifidis inciſis, caule inferne ramoſo. Ranunkeln.
In hortis ludit variis coloribus.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

TEVCRIVM. *Pag. 135.*

76. T. (*Marum*) fol. integerrimis ouatis acutis petiolatis, ſubtus tomentoſis, flor. racemoſis ſecundis. Katzenkraut.
In ollis continetur.
Offic. MARI VERI Herba. Reſoluens et tonicum eſt praeſtantiſſimum, quod infarctas glandulas et viſcera mirifice expedit. *Vog.* A felibus vehementer amatur. Rarior, cara, heroica. *Linn.*

SATVREIA. Saturey.

Corollae laciniae ſubaequales. *Stamina* diſtantia.

77. S. (*hortenſis*) pedunculis bifloris.
In hortis quaſi ſpontanea.
Offic. SATVREIAE Herba. Eſt aromatica, oleo diues, fragrans. Pulegii vires proxime imitatur. *Vog.* In culinis ſub nomine Bohnenkraut ad embammata conficienda et ad alios cibos adhibetur. Rarior, praeſtans. *Linn.*

HYSSOPVS. Iſop.

Corollae labium inferius lacinula intermedia crenata. *Stamina* recta diſtantia.

78. H. (*officinalis*) ſpicis ſecundis, fol. lanceolatis.
In hortis.

Offic.

Offic. HYSSOPI Herba. Vſus eius praecipuus eſt in adfectibus pectoris, ſi cum melle delingatur, aut decoctum cum ficis, aqua, melle et ruta potetur. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.*

LAVANDVLA. Lavendel.

Calyx ouatus, ſubdentatus, bractea ſuffultus. *Corolla* reſupinata. *Stamina* intra tubum.

79. L. (*Spica*) fol. lanceolatis integris, ſpicis nudis. Spik.

In hortis frequens.

Offic. LAVANDVLAE Flores. Caput et neruos roborant, dolores rheumaticos leniunt, flatus diſſipant, et vteri imbecillitati medentur. *Vog.* Trita, eximia. *Linn.*

MENTHA. *Pag. 134.*

80. M. (*criſpa*) flor. capitatis, fol. cordatis dentatis vndulatis ſeſſilibus, ſtam. corollam aequantibus. Krauſemünze.

In hortis.

Offic. MENTHAE CRISPAE Herba. Egregias vires ab oleo aethereo habet, quo abundat. In ventriculi et inteſtinorum laxitate, vomitu, diarrhoea, doloribus inteſtinorum inſigni cum fructu adhibetur. *Vog.* Trita, eximia. *Linn.*

ORIGANVM. *Pag. 141.*

81. O. (*heracleoticum*) ſpicis longis pedunculatis aggregatis, bracteis longitudine calycum.

In horto bey Döben frequens, vbi ſub nomine Wintermajoran ad vſus oeconomicos adhibetur.

82. O. (*Maiorana*) fol. ouatis obtuſis, ſpicis ſubrotundis compactis pubeſcentibus. Majoran.

Offic. MAIORANAE Herba. Praecipuum et praeſtantiſſimum aroma Germanorum. Recens herba tumoribus mammarum ſedulo adplicata eos diſpellit. *Vog.* Culinaris, praeſtans. *Linn.*

THY-

THYMVS. *Pag. 140.*

83. T. (*vulgaris*) erectus, fol. reuolutis ouatis, flor. verticillato-ſpicatis. Gemeiner Thymian; welſcher Quendel.

In hortis frequens.

Offic. THYMI VVLGARIS Herba. Fragrans et aromatica ipſi eſt qualitas. Ventriculum roborat, pulmones expurgat, menſes ciet, et inflationes leuat. *Vog.* Pertinet quoque ad herbas culinares. Vſitata, praeſtans. *Linn.*

MELISSA. Meliſſe.

Calyx aridus, ſupra planiuſculus; labio ſuperiore ſubfaſtigiato. *Corollae* labium ſuperius ſubfornicatum, 2-fidum; lab. inf. lobo medio cordato.

fundamenta eius poſuit, primusque Scientias mathematicas, Phyſicam, Hiſtoriam naturalem, inprimis Botanicam publice docuit, eamque docendi methodum, quae hactenus ibi in vſu eſt, introduxit. Primus etiam corpora naturalia ex tribus naturae regnis colligere coepit, hacque ratione originem dedit Muſeo Barbienſi, quod iam nunc multiplicem vſum in tradenda Naturae Hiſtoria praeſtat. Is ipſi in diſciplinis tradendis inprimis finis propoſitus erat, vt miſſis iis, quae magis ad eruditam oſtentationem, quam ad veram ſcientiam animique perfectionem pertinere videntur, vtilia tantum doceret, quaeque iuuare chriſtianum hominem in ſalutari Chriſti cognitione poſſent. Veram enim et ſolidam eruditionem Chriſti Miniſtris et ornamento eſſe et vſui maximo exiſtimabat. Vir erat antiqua fide, Chriſti amantiſſimus, morum ſimplicitate animique integritate conſpicuus. Poſtquam per annos 67. vitam vtiliſſimam duxiſſet, ter apoplexiam paſſus, plenus fiducia et amore in Saluatorem Domi-

minum noſtrum Ieſum Chriſtum ad beatorum ſedes diſceſſit tertio die menſis Aprilis MDCCLXXXV.

Ex quo tempore is Floram Barb. in publicos vſus ſuis ſumtibus euulgaſſet, et quanto fauore a ſummis in re botanica viris, ipſo etiam illuſtri LINNEO, excepta eſſet, ex litteris ad ſe ſcriptis cognouiſſet; aſſiduis curis id egit, vt quae ad maiorem libri ſui perfectionem facere viderentur, colligeret. Dum per valetudinem negotiaque neceſſaria licuit, ipſe ob ſingularem, quam ex plantarum cognitione capiebat, voluptatem, cum amico quodam intimo botanices amantiſſimo frequentes herbationes inſtituit. Hinc pars maxima plantarum, quae hoc Supplemento enumerantur, eius aſſiduitati debetur. Vſus eſt praeterea in conquirendis plantis et nonnullorum Academiae Barb. Studioſorum liberali opera, et Herbarii, illitterati quidem, at ſagaciſſimi et ob praemia in ſingulas nouas plantas propoſita diligentiſſimi. Quae itaque Auctor ipſe noua detexit, vel ab aliis detecta

 acce-

accepit; ea ipſe ſumma cura ex Syſtematis Linneani regulis, adhibitis etiam aliorum Botanicorum libris, examini ſubiecit, et ſi quae forte dubia manerent, cum Celeberrimo SCHREBERO, miſſis plantarum exemplaribus, communicauit. Quae hac ratione per hos fere decem annos factae ſunt Florae Barbienſis acceſſiones, eas ipſe ea ſerie, qua detectae erant, ſcripto conſignauit, quod paucis ante obitum menſibus mihi tradidit rogans, vt poſt obitum, quem ſerena fronte inſtantem videbat, typis exſcribendum curarem. Ego autem quo ſecurius fidem amiciſſimo viro datam liberarem, ſcriptum eius cum Celeberrimo SCHREBERO communicaui. Is, pro ſingulari ſua humanitate et in defunctum Auctorem amore, ſcriptum legit, disiecta membra in Syſtematis ordinem compoſuit, addita pag. 1, vbi de *Salicornia* quadam ab eo diſſentit, adnotatione; et curauit denique, vt Aſter ſalicifolius, n. 1073. deſcriptus, in aes incideretur, figurarumque explicationem ſcripſit.

Lecto-

Lectoribus fortaſſe haud ingratum fuerit, hoc loco aliquam inuenire deſcriptionem regionis Barbienſis, qualis quidem Florae eius aliquid lucis afferre poſſe videatur.

Comitatus Barbienſis in confluentia Albis et Salae fluuiorum poſitus vna planitie conſtat. Neque intra ipſos terminos Florae Barbienſis mons vllus, proprie ſic dictus, occurrit; colles vero nonnulli iis terminis continentur, Mühlingenſes ſcilicet et Salzenſes. Lapide praeterea omnis generis, excepto Silice aliisque lapillis in Albis littore ſparſis, deſtituitur. Rupes nullae, fontes viui omnino nulli, riuulus nullus. Hinc plantarum quae in montibus rupibusque, et ad aquarum ſcaturigines naſcuntur, exiguum numerum, aut plane nullum Flora noſtra alit. Eo magis abundare iis plantarum generibus videtur, quae planitiem amant, et fertile ſolum, arenas, aquasque ſtagnantes, quarum ingens eſt in Comitatu copia.

Sunt autem inter illas plantas quaedam in Europa rariſſimae, vt *Carduus cyanoides* mo-

nocionos; *Atriplex tatarica* et *pedunculata*; *Marſilea natans*; *Scirpus Holoſchoenus*, qui paſſim eam faciem induit, quam deſcriptio *Stirpi romani* L. requirit, vt itaque vterque vix duas diſtinctas ſpecies efficiat; *Aſterem ſalicifolium* vt ſilentio praetereamus. Sunt aliae non quidem ea raritate inſignes, quae tamen haud frequenter alibi, et in multis Germaniae regionibus plane non leguntur, vt *Verbaſcum phoeniceum*, *Lyſimachia thyrſiflora*, *Bupleurum tenuiſſimum*, *Scutellaria haſtifolia*, *Lactuca quercina*, *Scorzonera anguſtifolia* et *purpurea*, *Lathyrus Niſſolia* et *Aphaca*, *Lauatera thuringiaca*, *Sonchus paluſtris*, *Holcus odoratus*, *Plantago maritima*, *Androſace elongata*, *Illecebrum verticillatum*, *Dianthus* et *Aſtragalus arenarii*, aliaeque plantae, quas lector harum rerum gnarus tam in *Flora Barbienſi*, quam in hoc *Supplemento* ipſe facile inueniet.

Barbienſe ſolum pingue eſt, omnisque generis frumento colendo aptiſſimum. Sunt etiam paſcua publica plurima pecoribus alendis deſtinata. At inundationibus aquarum Salae

lae Albisque ager Barbienſis ſaepe infeſtatur, cum aggeres, quibus littora fluuiorum muniuntur, aquarum mole rumpuntur. Quae inde in plantarum regno mutationes oriantur, ipſe beatus Auctor in Praefatione *Florae Barbienſis* adnotauit. Hortus botanicus Academiae inprimis magnam inde plantarum iacturam iteratis vicibus fecit. In ipſo quidem Comitatu Barbienſi fontes ſalſi, quales in vicino oppido Salzenſi hauriuntur, nulli ſunt: plantae tamen variae, quae terra ſalſuginoſa delectantur, in agro Barbienſi hinc inde leguntur. Vnde fortaſſe haud male concluditur, fontes ſalſos in illis locis ſub terra latere.

Syluae proprie ſic dictae in Comitatu intra Salam Albimque nullae. At in dextra Albis ripa ſylua quercina late patet. Aperta itaque regio, montibus ſyluisque deſtituta, ventis omnibus peruia, aëre ſalubriori vtitur. Aeſtates plerumque ſicciores eſſe ſolent, vt ſolis ardoribus paſcua exurantur, et Florae ſoboles omnis fere langueſcat. Hyemes, pro

a 5 loci

loci poſitione ſub 52 Gradu Latitudinis ſeptentrionalis, ſatis temperatae. Excipiendae tamen aliquot nouiſſimorum annorum hyemes aſperiores.

Sed haec iam ſufficiant. Qui Naturae ſtudio, et Botanices inprimis delectaris, Lector, hunc libellum humaniter excipe, ſtudiisque noſtris faue et vale. Scripſi Barbii die 12 Februarii MDCCLXXXVII.

I. I. Boſſart.



Ex-

Explicatio
Figurarum Tabulae aeneae.

1. ASTERIS *ſalicifolii* Ramus, ex inferiori plantae parte decerptus, imaginem totius plantae concinne exhibens, niſi quod folia ſint minora et parum vel non ſerrata.

2. Folium, e media, et

3. aliud ex inferiore parte caulis abſciſſum; illud paginam ſuperiorem, hoc inferiorem oculo obiicit.

4. Flos ita delineatus, vt Calyx et Corollularum Radii ſuperficies inferior diſtinctius videri poſſint.

5. Flos, cuius Floſculi Diſci maximam partem nondum aperti ſunt; verticali ſectione per medium diſciſſus.

6. Calyx expanſus, in cuius medio Receptaculum commune conſpicitur.

7. Foliolum calycinum, *a* exterius, *b* interius, ab vtroque latere.

8. Floſculus Diſci, apertus,

9. Floſculus Radii, vterque magnitudine naturali.

10. Floſculus Diſci, latus viſui obiiciens; in quo *a* Germen, *b* Pappus, et intra eum Corollulae Tubus, *c* Limbus eiusdem quinquefidus, *d* Antherae in cylindrum connatae, *e* duo Stigmata.

11. Pagina ſuperior Limbi eiusdem Floſculi.

12. Pars

12 Pars ſuperior Corollulae eiusdem Floſculi, per longitudinem aperta, ita vt *a* Staminum Filamenta, *b* Antherae quinque connatae intus conſpiciantur.

13. Staminum *a* Filamenta, *b* Antherarum connatarum latus interius.

14. Eiusdem Floſculi Piſtillum; et quidem *a* Germen, *b* Pappus, *c* Stylus, *d* duo Stigmata.

15. Stylus et Stigma ab antica parte.

16. Floſculus Radii, a latere, eiusque *a* Germen, *b* Pappus, et intra eum Tubus Corollulae, *c* eiusdem Limbus ligulatus, *d* duo Stigmata.

17. Limbus Corollulae eiusdem a parte ſuperiori.

18. Stylus eiusdem cum Stigmatibus.

19. Pappus a parte ſuperiore. — Hae figurae 10-19 microſcopii adminiculo inſigniter auctae ſunt.



CLAS-

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 23, *poſt n.* 2.

1016. SALICORNIA (*virginica*) herbacea erecta, ramis ſimpliciſſimis. *Lin. Syſt. veg. p.* 51. *n.* 3.

Habitat ad ſalinas Salzenſes inter Salicorniam herbaceam, praecipue ad foſſas. Fl. Auguſto.

In *Speciebus plantarum* haec Salicornia tantum vt varietas S. herbaceae notata eſt: ſed in *Syſt. veg. l. c.* tanquam vera ſpecies adducitur. Habitus a S. herbacea ſatis diuerſus. Rami oppoſiti, indiuiſi, terminati ſpica longa; calyx ſquama ouata cochlearis inſtar concaua erecta.

(Rami quidem ſunt ſimpliciſſimi, et ſpicae iis multo craſſiores, unde habitus paululum diuerſus oritur, dubito tamen, eam ab herbacea diuerſam eſſe. S.)

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 28, *poſt n.* 22.

375. VTRICULARIA. Waſſerhelm; Waſſerſchlauch. *Corolla* ringens, calcarata. *Calyx* 2-phyllus, aequalis. *Capſ.* vnilocularis.

1017. V. (*vulgaris*) nectario conico, ſcapo paucifloro.

H. in foſſa über der Saale bey dem Vorwerg Rajoch, und bey den Teufelslöchern zwiſchen Breitenhagen und Aken. Fl. Iulio.

Color luteus. Veſiculae ſeu Vtriculi radicibus adhaerentes nomen plantae ſubminiſtrarunt.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

DIGYNIA.

Ad pag. 36, poſt n. 54.

1018. PHLEUM (*nodoſum*) ſpica cylindrica, culmo adſcendente, foliis obliquis, radice bulboſa.

H. ad margines agrorum bey Gnadau, auch am Wege nach Zeitz, wenn man durch den Buſch gehet, et alibi frequens. Fl. aeſtate.

Spica glabra. Antherae albae. Baſis ſpicae plerumque ſterilis. Culmus non rectus, ſed adſcendens. Caeterum P. pratenſi ſimillimum.

Ad pag. 36, poſt n. 55.

1019. PHALARIS (*oryzoides*) panicula effuſa, glumarum carinis ciliatis.

H. ad foſſas in pratis wenn man von Tochheim nach Steckby gehet, rechter Hand gegen die Elbe zu. Fl. Auguſto, Septembri.

Schreb. gram. pag. 6. tab. 22. Iacquin. Vindob. obſerv 8. pag. 206. Hoc ſingulare, quod e culmo fere per totam longitudinem nouae paniculae, et inferne etiam rami erumpant; vbi autem, adnotante Schrebero, flores e vagina egredientes plerumque abortiunt, et tantum in vagina remanentes ſemina proferunt.

Ad pag. 37, poſt n. 55.

376. MILIUM. Hirſengras.

Calyx 2-valuis, vniflorus; valuulis ſubaequalibus. *Corolla* breuiſſima. *Stigmata* penicilliformia.

1020. M. (*effuſum*) floribus paniculatis diſperſis muticis. Flattergras; Waldhirſe.

H.

H. in ſyluaticis humidis trans Albim, zwiſchen der großen Allee und Walternienburg an der Ruthen hin. Fl. Auguſto.

Odor gratus, fere vt Anthoxanti odorati.

A pecoribus libenter comeditur. *Schreb.*

Ad pag. 37, *poſt n.* 58.

1021. AGROSTIS (*ſtolonifera*) paniculae ramulis patentibus muticis, culmo repente, calycibus aequalibus.

H. in pratis an der Elbe gegen Schönebeck Fl. Iunio, Iulio.

Ad pag. 38, *n.* 61 *ita legatur:*

61. STIPA (*capillata*) ariſtis nudis curuatis, calycibus ſemine longioribus, foliis intus pubeſcentibus.

H. loco indicato.

Calyx non albidus, ſed ſpadiceus. Ariſtae adultiores varie curuatae.

Ad pag, 38, *poſt n.* 64.

1022. AIRA (*aquatica*) panicula patente, floribus muticis laeuibus calyce longioribus, foliis planis. Waſſerſchmielen.

H. ad aquam ſtagnantem in via caeſpitoſa unweit Gödnitz nach Gehren zu; auch am Wege nach der Ruthe von Walternienburg nach der Polenmühle hin. Fl. Iunio, Iulio.

Floſculi mutici, ſinguli aut bini in eodem calyce, quorum alter pedunculatus et longius eminens. Calyx fere floſculis dimidio breuior, modo coloratus, modo viridis: valuulis inaequalibus apice rotundatis. Ramuli patentes ad angulum rectum, ad quinque ex eodem puncto, flexuoſi, et nonnumquam culmus ipſe inter paniculam. Folia plana latiuſcula. Tota planta ſpithamaea.

1023. A. (*cariophyllea*) foliis ſetaceis, panicula diuaricata, floribus ariſtatis diſtantibus.

H. in campis ſiccis hinter Lederitz; in arenoſis trans Albim paſſim. Fl. Iulio.

Planta parua vix vltra altitudinem palmarem adſcendit.

Ad

Ad pag. 41, poſt n. 81.

1024. FESTUCA (*myuros*) panicula ſpicata, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris, ariſtis longis.

H. in aggeribus ad viam bey der Windmühle zwiſchen Barz und Sachſendorf: bey Gnadau im Garten am Gemeinhauſe. Fl. Iunio.

1025. F. (*decumbens*) panicula erecta, ſpiculis ſubouatis muticis, calyce floſculis maiore, culmo decumbente.

H. in paſcuis ſterilibus von Zochheim nach Steckby hin, nicht weit von dem Teiche. Fl. aeſtate.

Melicae affinis. *Linn.* Etiam habitus a reliquis Feſtucis multum diuerſus.

Ad pag. 44, poſt n. 94.

1026. AVENA (*ſtrigoſa*) panicula oblonga contracta ſecunda, floſculis geminis apice biariſtatis, dorſo ariſta geniculata. *Schreb. Spicil. Lipſ. p. 52.*

H. in campis inter auenam ſatiuam auf dem Felde vor dem Reithauſe, et alibi. Fl. Iunio.

Characteribus a Schrebero l. c. allegatis ſatis diſtinguitur a reliquis Auenis.

Ad pag. 46, poſt n. 104.

1027. CYNOSURUS (*durus*) ſpiculis ſecundis alternis ſeſſilibus rigidis obtuſis adpreſſis.

H. ad vias auf dem Damme von den Probsſümpfen gegen Gelinde zu, et alibi, copioſe. Fl. Iunio.

Spec. Plant. p. 1677. Spiculae in noſtris 3-5 floſculis inſtructae. Culmi ſemipalmares et palmares, procumbentes. Gramen quoad ſpicas valde rigidum et durum

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 52. *poſt n.* 130.

1028. ASPERULA (*cynanchica*) foliis quaternis linearibus, ſuperioribus oppoſitis, caule erecto, floribus quadrifidis.

H. in verſuris bey Gnadau; in editis bey Tochheim, frequens. Fl. Iunio et ſeqq.

Ad pag. 52. *poſt n.* 130.

377. TRAPA, Waſſernuß.

Corolla 4-petala. *Cal.* 4-partitus. *Nux* ſpinis quatuor oppoſitis cincta, quae calycis folia fuere.

1029. T. (*natans*) petiolis foliorum natantium ventricoſis.

H. in ſtagno ſyluatico trans Albim linker Hand am Wege nach Tochheim, auch in den Teufelslöchern zwiſchen Breitenhagen und Aken. Fl. Iunio et Iulio. Etiam Auguſto florentem inuenimus, ſimul cum fructibus fere maturis et iunioribus.

Offic. NUCIS AQUATICAE Fructus.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 57. *poſt n.* 152.

1030. ANCHUSA (*anguſtifolia*) racemis ſubnudis coniugatis.

H. in marginibus agrorum, et ipſis agris nouahbus bey Gebren. Fl. Iunio.

Color florum in noſtro exemplari albidus. Folia caulina baſi attenuata, nec ouato-lanceolata.

Ad pag. 67, poſt n. 194.

1031. THESIUM (*Linophyllum*) panicula foliacea, foliis linearibus. Leinblatt.

H. in editis aridis hinter Dornburg rechter Hand an der Straße H. etiam in editis gramineis zwiſchen Lochheidt und Friederikenberg, rechter Hand bey den Birken, ehe man in den Buſch kommt.

Caulis ſtatim ad baſin ramoſus, folioſus, magis erectus et altior, quam in Th. alpino.

Ad pag eandem, poſt. n. eundem.

378. VINCA. Sinngrün.

Contorta. Folliculi 2, erecti. *Semina* nuda.

1032. V. (*minor*) caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ouatis, floribus pedunculatis. Wintergrün; Todtenviolen.

H. in nemoribus et dumetis beym Hoſpital; auch in Cyprena, copioſe. Fl. Martio, Aprili; ſed rarius.

Offic. VINCAE PERUINCAE Herba. Planta amara, recens pellentem, ſicca adſtringentem vim exſerit. *Lin.*

DIGYNIA.

Ad pag. 68, poſt n. 197.

1033. GENTIANA (*Amarella*) corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. Herbſtenzian.

H. in editis hinter Salze und Froſe. Fl. Septembri; Octobri.

Offic. GENTIANELLAE Herba. Amara eſt et tonica virtute gaudet. Ad febres tertianas et pleuritidem commendatur. *Vog.*

1034

1034. CHENOPODIUM (*ambroſioides*) foliis lanceolatis, racemis foliatis ſimplicibus. Mexikaniſcher Thee.

H. hodie ſpontaneum auſſer der Schloßgartenmauer beym Eingang in den Elbwerder, auch auf dem Schloßhofe.

Pag. 73, n. 217 ita legatur:

217. CAUCALIS (*daucoides*) vmbellis trifidis aphyllis: umbellulis triſpermis triphyllis.

H. loco indicato.

Caulis diffuſus, procumbens, ſulcatus, pilis albis obſitus. Pedunculi elongati laeues. Vmbellae bifidae aut trifidae, foliolo vnico aut nullo, vmbellulae triphyllae. Folia tripinnata. Floſculi albo-rubentes, radiati petalo vnico maiore. Semina plerumque tria, aculeis uncinatis.

Ad pag. 74, poſt n. 224.

1035. ATHAMANTA (*Ceruaria*) foliolis pinnatis decuſſatis inciſo-angulatis, ſeminibus nudis. Schwarze Hirſchwurz.

H. in editis ſiccis zwiſchen Kloſter Lizke und Gommern: auch in montoſis apricis et verſuris bey Froſe.

Ad pag. 75, poſt n. 225.

1036. BUPLEURUM (*falcatum*) inuolucellis pentaphyllis acutis, uniuerſali ſubpentaphyllo; foliis lanceolatis caule flexuoſo.

H. in montibus apricis ad Rudera, bey Weſterhuſen hinter Froſe. Fl. Septembri.

Vmbellae ſaturate luteae.

Ad pag. 75, poſt n. 229.

1037. SIUM (*anguſtifolium*) foliis pinnatis, umbellis axillaribus pedunculatis, inuolucro vniuerſali pinnatifido. *Syſt. Plant. ed. Reichard. pag.* 693. *Spec. Pl. append. p.* 1672.

H. in foſſis bey Prezien. Fl. Iulio, Auguſto.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 86, poſt n. 267.

379 LILIUM. Lilie.

Corolla 6-petala, campanulata: linea longitudinali nectarifera. *Capſula* valuulis pilo cancellato connexis.

1038. L. (*Martagon*) foliis verticillatis, floribus reflexis, corollis reuolutis. Türkiſcher Bund.

H. ſpontaneum im Friedrichsholze bey Zerbſt. Fl. aeſtate.

Ad pag. 90, poſt n. 282.

1039. IUNCUS (*filiformis*) culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali.

H. in ſubhumidis gegen Steckby. Fl. Iulio.

Culmi infirmi; panicula, ſaepe non expanſa, in medio culmi.

1040. I. (*ſquarroſus*) culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis.

H. in humidis gegen Steckby. Fl. aeſtate.

Folia patentia rigida falcem eludunt, ut Nardus.

Ad pag. 90, poſt n. 284.

1041. I. (*capitatus*) foliis ſetaceis, capitulis terminali lateralique ſubfolioſis, petalis acutis integris pericarpio aequalibus. *Weigel. obſ. bot.* 28. *t.* 2. *f.* 5.

H. in humidis a ſcaturiginibus ortis am Elbufer über Lodtheim hinauf gegen Steckby zu. Fl. Iulio, Auguſto.

Vid. deſcr. et ſynon. apud *Weig. l. c.*

CLAS-

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

TRIGYNIA.

Ad pag. 99, *poſt n.* 317.

1042. POLYGONUM (*Biſtorta*) caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ouatis in petiolum decurrentibus. Otterwurzel, Natterwurzel.

H. frequens in pratis vliginoſis bey Deez: auch über der Saale im Buſche zwiſchen Lederiz und Steckby ſatis copioſe. Fl. Maio, Iunio.

Offic. BISTORTAE Radix. Siccat, repellit, et in haemorrhagiis aliisque fluxibus, vbi adſtringentibus locus, efficax eſt. In vino decocta vacillantes dentes firmat, et odontalgias lenit. *Vogt.*

CLASSIS X.

DECANDRIA.

DIGYNIA.

Ad pag. 104, *poſt n.* 336.

1043. DIANTHUS (*plumarius*) floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubouatis breuiſſimis, corollis multifidis fauce pubeſcentibus. Federnelken.

H. ad prata in dumetis bey Deez. Fl. Iulio.

Colitur frequens in hortis et a noſtris etiam Pfingſtnelken adpellatur.

1044. D. (*ſuperbus*) floribus paniculatis, ſquamis calycinis breuibus acuminatis corollis multifido-capillaribus, caule erecto.

H. ad prata wenn man von Friederikenberg nach Badez gehet linker Hand. Etiam bey Zerbſt im Friedrichsholze, altitudine bipedali, et vltra. Fl. Auguſto.

Flores fragrantiſſimi.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

POLYGYNIA.

Ad pag. 121, *poſt n.* 407.

1045. RUBUS (*ſaxatilis*) foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. Steinbeeren.

H. in ſyluaticis im Zeizer Buſche, in Büſchen hinter Reblitz. Fl. Maio, Iunio.

A Rubo idaeo foliis ſubtus non incanis diſtinguitur. Ramuli ſimplices erecti ſemipedales. Acini baccarum diſtincti. Flagella reptantia hiſpida et ſaepe ſpinis debilibus adſperſa.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

Ad pag. 125, *poſt n.* 421.

1046. PAPAUER (*ſomniferum*) calycibus capſulisque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis. Mohn, Maagſaamen.

H. ad dumeta [illegible], et alibi in ruderatis. Fl. Iunio.

Offic. PAPAUERIS ALBI et NIGRI Semen. Pingui oleo refertum, temperat et humorum acrimoniam lenit, ſpaſmosque ſoluit. Fruſtra ipſi virtus ſomnum concilians adſcribitur. *Vog.*

Pig. vſu culinari placentae, ſemine hoc adſperſae, parantur. Pauperes in noſtra vicinia ſemina ſerunt, et oleo expreſſo, loco butyri, cibos condiunt.

PENTAGYNIA.

Ad pag. 127, *poſt n.* 428.

386. AQUILEGIA. Ackeley.

Calyx 0. *Petala* 5. *Nectaria* 5, corniculata, inter petala. *Capſ.* 5. diſtinctae.

1047.

1047. A. (*vulgaris*) nectariis incuruis.

H. in dumetis in dem Zeizer Buſche, wenn man den Weg mitten hindurch gehet, von vornen hinein rechter Hand. Fl. Iunio, Iulio.

Offic. AQUILEGIAE Flores, Semina. Humores acres demulcet et temperat, vt ſuccus in febre hectica cum tuſſi egregium vſum praeſtiterit. *Vog.*

Recenſuimus hanc plantam inter cultas antea, ſed cum iam ſponte naſcentem inuenerimus; ſuo loco, vt indigena Florae Barbienſis reponenda eſt.

Pag. 131, *n.* 443 *ita legatur:*

443. RANUNCULUS (*illyricus*) foliis ternatis integerrimis lanceolatis.

H. in apricis montoſis am Mühlinger Berge, auch auf dem Mukrener Berge.

Folia, vt tota planta, incana, holoſericea ſeu lanuginoſa, ternata: laciniis lanceolatis, ſuperius etiam tantum binata. Caulis vix pedalis, non ramoſus, vniflorus; flore pro ratione plantae, ſpecioſo. Sic noſtra exemplaria.

POLYGYNIA.

Ad pag. 132, *poſt n.* 451.

381 TROLLIUS. Trollblume, Engelblume.

Calyx 0 *Petala* circiter 14. *Capſ.* plurimae, ouatae, monoſpermae.

1048. T. (*europaeus*) corollis conniuentibus, nectariis longitudine ſtaminum.

H. in pratis, auf den Gemeinwieſen, bey Polensko jenſeits Zerbſt, durch Bürgermeiſter Thomas geſandt. Fl. Iunio Iulio.

Planta habetur ſuſpecta.

Ad pag. 132, *poſt n.* 453.

1049. ADONIS (*vernalis*) flore dodecapetalo, fructu ouato.

H. in collibus apricis bey Weinsdorf. Fl. vere.

CLAS-

CLASSIS XIV
DIDYNAMIA.
GYMNOSPERMIA.

Ad pag. 133, *poſt n.* 456.

382. HYSSOPUS. Iſop.

Corollae labium inferius lacinula intermedia crenata. *Stamina* recta diſtantia.

1050. H. (*officinalis*) ſpicis ſecundis, foliis lanceolatis.

H. frequens in muris auf der Stadtmauer, bey der hohen Brücke. Fl. Iulio.

Offic. HYSSOPI Herba, Semina. Viſcerum obſtructiones expedit, eaque ipſa roborat. Vſus eius praecipuus eſt in affectibus pectoris, ſi cum melle delingatur, aut decoctum, cum ficis, aqua, melle et ruta potetur. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.*

Ad pag. 136, *poſt n.* 469.

1051. LAMIUM (*maculatum*) foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris.

H. ad ſepes im Schloßgarten; auch im Buſche bey Klein-Roſenburg, et alibi. Fl. Martio, Aprili et ſeqq.

Numerus verticillorum variat. Color purpureus. Macula alba longitudinalis foliorum deeſt in multis exemplaribus, et vbi adeſt, euaneſcit per aetatem. Corollae faux vtrimque dentibus duobus: ſuperiore ſetacea. Conuenit multum cum Lamio albo: ſed color, numerus florum in verticillo, et totus habitus ſufficienter diſtinguunt.

ANGIOSPERMIA.

Ad pag. 141, *poſt n.* 491.

1052. OROBANCHE (*laeuis*), caule ſimpliciſſimo laeui, ſtaminibus exſertis.

H.

H. in ſaliceto ad radices fruticum im Kuhwerder. Fl. Auguſto.

Color caeruleus; flos magnus; bracteae ternae; calyx quinquefidus.

Pag. 144, *n.* 503 *ita legatur:*

503. DIGITALIS (*ambigua*) corollarum labio emarginato, foliis ſubtus pubeſcentibus.

H. ad Tochheim in ſyluaticis editis, rarius; im Friedrichsholze bey Zerbſt frequens. Fl. Iunio.

Ad pag. 145, *poſt n.* 508.

1053. ANTIRRHINUM (*aruenſe*) foliis ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcidis, floribus ſpicatis, caule erecto.

H. in campis eorumque marginibus beym Zeizer Buſche, auf der Seite gegen Zachmünden; auch gegen Weſpen zu. Fl. Iulio.

Folia inferiora ſunt verticillata quaterna, paullo altius terna, in ramis alterna. Calcar breue recuruum. Flos ſuperne caeruleſcens, inferne luteus.

Ad pag. 146, *poſt n.* 509.

1054. PEDICULARIS (*ſyluatica*) caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis laeuibus, corollis labio cordato.

H. in pratis et paſcuis ſubhumidis zwiſchen Walternienburg und Flöz; auch am Wege gegen die Polenmühle hin, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Caulis procumbens. Flores purpurei, et nonnunquam albi. Calyx glaber, reticulatus non punctatus, longior quam in paluſtri, quinquefidus, crenatus. Folia pinnata.

CLAS-

CLASSIS XIV

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Ad pag. 133, *poſt n.* 456.

382. HYSSOPUS. Iſop.

Corollae labium inferius lacinula intermedia crenata. *Stamina* recta diſtantia.

1050. H. (*officinalis*) ſpicis ſecundis, foliis lanceolatis.

H. frequeus in muris auf der Stadtmauer, bey der hohen Brücke. Fl. Iulio.

Offic. HYSSOPI Herba, Semina. Viſcerum obſtructiones expedit, eaque ipſa roborat. Vſus eius praecipuus eſt in affectibus pectoris, ſi cum melle delingatur, aut decoctum, cum ficis, aqua, melle et ruta potetur. *Vog.* Trita, praeſtans. *Linn.*

Ad pag. 136, *poſt n.* 469.

1051. LAMIUM (*maculatum*) foliis cordatis acuminatis, verticillis decemfloris.

H. ad ſepes im Schloßgarten; auch im Buſche bey Klein-Roſenburg, et alibi. Fl. Martio, Aprili et ſeqq.

Numerus verticillorum variat. Color purpureus. Macula alba longitudinalis foliorum deeſt in multis exemplaribus, et vbi adeſt, euaneſcit per aetatem. Corollae faux vtrimque dentibus duobus: ſuperiore ſetacea. Conuenit multum cum Lamio albo: ſed color, numerus florum in verticillo, et totus habitus ſufficienter diſtinguunt.

ANGIOSPERMIA.

Ad pag. 141, *poſt n.* 491.

1052. OROBANCHE (*laeuis*), caule ſimpliciſſimo laeui, ſtaminibus exſertis.

H.

H. in ſaliceto ad radices fruticum im Kuhwerder. Fl. Auguſto.

Color caeruleus; flos magnus; bracteae ternae; calyx quinquefidus.

Pag. 144, *n.* 503 *ita legatur:*

503. DIGITALIS (*ambigua*) corollarum labio emarginato, foliis ſubtus pubeſcentibus.

H. ad Tochheim in ſyluaticis editis, rarius; im Friedrichsholze bey Zerbſt frequens. Fl. Iunio.

Ad pag. 145, *poſt n.* 508.

1053. ANTIRRHINUM (*aruenſe*) foliis ſublinearibus: inferioribus quaternis, calycibus piloſo-viſcidis, floribus ſpicatis, caule erecto.

H. in campis eorumque marginibus beym Zeizer Buſche, auf der Seite gegen Zachmünden; auch gegen Weſpen zu. Fl. Iulio.

Folia inferiora ſunt verticillata quaterna, paullo altius terna, in ramis alterna. Calcar breue recuruum. Flos ſuperne caeruleſcens, inferne luteus.

Ad pag. 146, *poſt n.* 509.

1054. PEDICULARIS (*ſyluatica*) caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis laeuibus, corollis labio cordato.

H. in pratis et paſcuis ſubhumidis zwiſchen Walternienburg und Flöz; auch am Wege gegen die Polenmühle hin, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Caulis procumbens. Flores purpurei, et nonnunquam albi. Calyx glaber, reticulatus non punctatus, longior quam in paluſtri, quinquefidus, crenatus. Folia pinnata.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Ad pag. 147, *poſt n.* 512.

1055. MYAGRUM (*perenne*) ſiliculis biarticulatis monoſpermis, foliis extrorſum ſinuatis denticulatis.

H. in editis wenn man vom neuen Krug rechter Hand gegen Bromby zu gehet.

Siliculae articulus inferior abortit, ſuperior globoſus monoſpermus.

SILIQUOSA.

Ad pag. 152, *poſt n.* 533.

383. HESPERIS. Nachtviole.

Petala oblique flexa. *Glandula* intra ſtamina breuiora. *Siliqua* ſtricta. *Stigma* baſi bifurca, apice conniuente. *Calyx* clauſus.

1056. H. (*matronalis*) caule ſimplici erecto, foliis ouato-lanceolatis denticulatis, petalis cum mucrone emarginatis.

H. in nemore beym Hoſpital. Fl. Maio, Iunio.

Flores albi aut dilute purpurei. Caulis bipedalis et vltra, ſimplex, ſuperne ſubramoſus, hiſpidus, pilis albis. Folia ouato-lanceolata, dentata praecipue ad baſin.

Ad pag. eandem, poſt n. eundem.

384. ARABIS. Gänſekraut.

Glandulae nectariferae 4, ſingulae intra calycis folia, ſquamae inſtar reflexae.

1057. A. (*thaliana*) foliis petiolatis lanceolatis integerrimis.

H.

H. in agris an der Lindenallee, auch am Mukrener Berge gegen Zeiz. Fl. Aprili, Maio; etiam poſt meſſem denuo floret copioſe in dictis agris.

1058. A. (*Halleri*) foliis caulinis ſublyratis, rameis lanceolatis inciſis.

H. in ſyluaticis gramineis, Steckby gegen über nach Lederiz zu; auch über Breitenhagen hin. Fl. Maio.

Caulis erectus, debilis; folia lyrata glabra. Flores albi.

Ad pag. 153, *poſt n.* 536.

1059. BRASSICA (*orientalis*) foliis cordatis amplexicaulibus glabris; radicalibus ſcabris integerrimis, ſiliquis tetragonis.

H. in arenoſis auf der Sandbank hinter dem Elbwerder. Fl. Maio et ſeq.

Petala alba.

Ad pag. 154, *poſt n.* 541.

1060. CARDAMINE (*paruiflora*) foliis pinnatis exſtipulatis, foliolis lanceolatis obtuſis, floribus corollatis. Kleine Wieſenkreſſe.

H. in ſyluaticis gramineis humidis über Lederiz nach Aken zu. Fl. Maio.

Simillima C. Impatienti, ſed minor et petalis ſemper praeſentibus inſtructa. Foliola vix dentata. Siliquae dimidio minores erectae in pedicellis horizontalibus.

1061. C. (*hirſuta*) foliis pinnatis, floribus tetrandris.

H. in ſyluaticis gramineis ſubhumidis auf Ranies. Fl. Maio, et ſeqq.

Stamina quatuor nondum inueni, ſed ſemper ſex. Confert *Hall. Rupp. p.* 80. *Weber ſpicil. Goett. pag.* 18. 19. Hirſuties viſibilis, folia rotunda, anguloſa.

Ad pag. 156, *poſt n.* 549.

1062. SISYMBRIUM (*Loeſelii*) foliis runcinatis acutis hirtis; caule hiſpido.

H. in ſyluaticis bey Grünewald auf der Inſel Ranies; auch auf der Sandbank über dem Elbwerder. Fl. Iulio.

CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

DECANDRIA.

Ad pag. 165, *poſt n.* 581.

1063. LATHYRUS (*Aphaca*) pedunculis vnifloris, cirris aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis.

H. inter olera im Paradieſe. Fl. Iunio.

Semel tantum inuenta eſt. Sed cum nullibi apud nos colatur haec Lathyrus, vnde ſemina forte diſpergi potuiſſent; indigena apud nos inter olera et ſegetes, cenſenda eſt. Difficulter autem inuenitur et ob plantae paruitatem, et ob locum inter ſegetes et olera, vbi deambulare non quouis tempore licet.

Ad pag. 166, *poſt n.* 586.

1064. VICIA (*dumetorum*) pedunculis multifloris, foliolis reflexis ouatis mucronatis, ſtipulis ſubdentatis.

H. in dumetis über der Polenmühle hin bey der Wieſe gegen den Buſch zu. Fl. aeſtate.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQUALIS.

Ad pag. 176, *poſt n.* 620.

1065. HYPOCHOERIS (*maculata*) caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ouato-oblongis, integris dentatis.

H. in montoſis ſiccis hinter Selze und Froſe. Fl. Iunio, Iulio.

Eſt HERBA COSTA Officinarum, *Rupp. pag.* 200. Folia coquuntur in cibum, uti Braſſica, a Smolandis. Vigilat ab hora ſexta matutina in quartam pomeridianam. *Linn.*

Ad

Ad pag. 177, *poſt n.* 627.

1066. SONCHUS (*paluſtris*) pedunculis calycibusque hiſpidis ſubumbellatis, foliis runcinatis baſi ſagittatis.

H. in ſalicibus humidis zwiſchen Gelinde und der Elbe. Fl. Iulio, Auguſto.

Altitudo vltra ſexpedalis. Facies a S. aruenſi diuerſiſſima, cuius varietatem eſſe Hallerus credidit.

Ad pag. 178, *poſt n.* 630.

1067. SCORZONERA (*purpurea*) foliis lineari-ſubulatis integris canaliculato-triquetris, pedunculis cylindricis.

H. in montoſis apricis hinter Salze und Froſe. Fl. Iunio, Iulio.

Flos caeruleus. Folia alterna, remota.

Ad pag. 181, *poſt n.* 643.

1068. HIERACIUM (*cymoſum*) foliis lanceolatis integris piloſis, ſcapo ſubnudo baſi piloſo, floribus ſubumbellatis.

H. in dumetis campeſtribus von Weſpen nach Kleinmühlingen hin. Fl. Iunio, Iulio,

Simillimum H. Auriculae, ſed differt notis ſequentibus: folia anguſtiora, longiora, acutiora; pili breuiores, denſiores, incumbentes; flores minores, fere in denſam perfectam vmbellulam collecti: radix praemorſa; ſtolones reptantes nulli; caulis ſesquipedalis et vltra; ad baſin pilis confertis veſtitus, ſupra paucis.

1069. H. (*paludoſum*) caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis.

H. in alneto vliginoſo hinter Walternienburg an der Ruthe frequens. Fl. Iunio.

Ad pag, 184, *poſt n.* 656.

070. CARDUUS (*tuberoſus*) foliis ſubdecurrentibus petiolatis ſubpinnatifidis ſpinoſis, caule inermi, floribus ſolitariis.

H. trans Albim hinter Dornburg nach Deſſau zu, ad foſſas. Fl. Iulio, Auguſto.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Ad pag. 188, *poſt n.* 671.

1071. GNAPHALIUM (*luteo-album*) herbaceum, foliis ſemiamplexicaulibus enſiformibus, repandis obtuſis vtrimque pubeſcentibus, floribus conglomeratis.

H. in aggeribus ad foſſas, trans Salam bey dem Dorfe Lypzig rechter Hand. Fl. Iunio, Iulio. Etiam am hohen Elbufer von Tochheim hin in ſubhumidis, et alibi.

Ad pag. 191, *poſt n.* 684.

1072. INULA (*germanica*) foliis ſeſſilibus lanceolatis, recuruis ſcabris, floribus ſubfaſciculatis.

H. in dumeto campeſtri aprico herboſo, über Weſpen hinaus, wenn man nach Kleinmühlingen geht, linker Hand. Fl. Auguſto.

Caulis bipedalis et minor, teres, piloſus, ſcaber; folia ſcabra: inferiora rarius dentata, ſuperiora integerrima, recurua, latiora quam in I. ſalicina, ſubtus valde nervoſa. Flores in corymbo ad apicem caulis, radiati, radio anguſto tridentato. Calyx oblongus, villoſus, ſquamis laxis, apice reflexis. Magnitudo totius floris trium circiter linearum, diametro unius lineae.

Ad pag. 195, *poſt n.* 700.

1073. ASTER (*ſalicifolius*) foliis lanceolatis ſemi[illegible] margine ſcabris: rameis ſublinearibus integerrimis, pedunculis alternis ſubnudis.

H. ad Albim bey den Schifmühlen copioſa. Fl. Iulio Auguſto.

Radix perennis, fibroſa, non repens.

Caulis altitudine pedes $2\frac{1}{2}$, craſſitie baſi lin. 3 aequan[s], ſtrictus, ſubangulatus, glaber, linea villoſa a quocumque folio vtrinque ad proxime inferius decurrente, pal[...]
lid[...]

lide viridis, linea villoſa purpurea, vel totus purpuraſcens, ramoſus: ramis breuibus, ſubaequalibus, erectiuſculis: baſi purpuraſcente.

Folia alterna, ſemiamplexicaulia, patula, a medio ad apicem obliqua, caulina lanceolata, medio ſerrata, ramea lanceolato-linearia, integerrima; vtraque margine reflexa, ſcabra, caeterum glabra, (ita tamen ut oculo armato pili breues rari obſeruentur,) acuminata.

Flores pauci alterni verſus ſummitatem caulis et ramorum, vel ſolitarii in eorum apice, diametro unciali cum expanſi ſunt. Pedunculi ſubangulati, vno alteroue folio inſtructi vel prorſus nudi, ſemiunciales ſeu vnciales, et aliquando paullo longiores.

Calyx communis polyphyllus: foliolis linearibus, anguſtis, acutis, longitudine ſubaequalibus, erectis, praeter inferiorum aliqua, quae paullo breuiora ſunt et apicibus modice hiant.

Corolla radiata. Corollulae Radii lingulatae, longiuſculae, extrorſum paullo latiores, apice in crenas 2 ſ. 3 minutas diuiſae, albae, qui color ſucceſſu temporis in dilutiſſime violaceum tranſit. Cor. Diſci infundibuliformes, calyce communi longiores; earum tubus tenuis pallidus, limbus triplo obeſior, quinquefidus, etiam quadrifidus: laciniis patulis, margine craſſiuſculis; flauus, ſenſim in rubeſcentem degenerans.

Staminum (in floſculis diſci) Filamenta altitudine corollulae. Anthera flaua, tandem brunea, facile dehiſcens.

Piſtilli germen paruum, compreſſum, villoſum. Stylus bifidus. Stigmata conniuentia.

Semina compreſſa: Pappo capillari, albo, e pilis plurimis ſcabris compoſito, longitudine fere diſci.

Receptaculum nudum, punctatum.

Aſteribus americanis adeo ſimilis eſt, vt ab eorum aliquo originem traxiſſe videatur. Sed ſi cum omnibus ſingulisque attente comparatur, differentiae obſeruantur, quae me mouerunt, vt eum tantiſper proprio nomine propoſuerim, donec, quo referendus ſit, innoteſcat. *Vid. tab.* *

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

Ad pag. 203, *poſt n.* 731.

1074. ORCHIS (*maſcula*) bulbis indiuiſis, nectarii labio quadrilobo crenulato; cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis.

H. in pratis et eorum aggeribus, von Jüterglück gegen die Zerbſter Straße hin. Fl. Maio, Iunio.

Facies Orchidis Morionis, ſed haec eſt pedaſis; flores magni, petala exteriora longa, acuta; folia non maculata.

Ad pag. 204, *poſt n.* 736.

385. SATYRIUM. Bocksgeilen; Stendel.

Nectarium ſcrotiforme ſeu inflato-didymum, pone florem.

1075. S. (*albidum*) bulbis faſciculatis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido acuto: lacinia intermedia obtuſa. Confer *Iacq. Vind. p.* 293. *Mattuſchka Enum. p.* 240. *Rupp. Ien. p.* 301. *Hall. Enum. p.* 270.

H. in montoſis aridis apricis nach Froſe und Weſterhuſen hin. Fl. Iunio.

Ad pag. 204, *poſt n.* 738.

1076. OPHRYS (*ſpiralis*) bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſpirali-ſecundis, nectarii labio indiuiſo crenulato.

H. in humidis, wenn man von Walterniensburg den Fußſteig nach Zerbſt gehet. Fl. Iulio, Auguſto.

Oed. Fl. Dan. tab. 387, Petala tria exteriora conglutinata. Labium ſubrotundum, ciliatum.

Ad pag. 204, *poſt n.* 739.

1077. SERAPIAS (*longifolia*) bulbis fibroſis, foliis enſiformibus ſeſſilibus, floribus pendulis.

H. in prato vliginoſo bey Deez, copioſe; etiam in pratis bey Badez, und hinter Jüterglück. Fl. Iulio.

Similis S. latifoliae, ſed flores duplo maiores; Nectarium reliquis petalis adhaerens; Cymba lineis purpureis; flores in ſpica pauciores, nec tam condenſati.

POLYANDRIA.

Ad pag. 205, *poſt n.* 741.

386. ARUM. Aaron; deutſcher Ingber.

Spatha monophylla, cucullata; *Spadix* ſupra nudus, inferne femineus, medio ſtamineus.

1078. A. (*maculatum*) acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clauato. Zehrwurz; Magenwurz. Fl. Iunio.

Offic. ARI Radix, Herba. Radix eſt penetrans, attenuans. purgans et hydragoga, in hydrope, melancholia et morbo hypochondriaco conducit; eſt medicamentum thoracicum, et ſtomachicum optimum. *Boerh.*

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

Ad pag. 206, *poſt n.* 742.

387. ZANNICHELLIA.

Maſculi. *Cal.* o. *Cor.* o.

Feminei. *Cal.* 1-phyllus. *Cor.* o. *Germina* circiter 4. *Sem.* totidem.

1079. Z. (*paluſtris*)

H. bey Gnadau im Schenkenloch gegen Döben zu.

TRIANDRIA.

Ad pag. 209, *poſt n.* 761.

1080. CAREX (*brizoides*) ſpica compoſita diſticha nuda, ſpiculis androgynis oblongis contiguis, culmo nudo.

H. in pratis depreſſis wenn man von Walternienburg nach der Poleymühle gehet. Fl. Auguſto.

Altitudo Spithamaea et vltra. Folia non carinata, ſed canaliculata ſemicylindrica. A Carice praecoci differt foliis latioribus, ſpicis extrorſum curuatis diuergentibus, et altitudine maiori ac tempore florendi. Conf. *Schreb. Spicil. p.* 63.

1081. C. (*praecox*) ſpica compoſita diſticha nudiuſcula; ſpiculis contiguis androgynis teretibus rectis, culmo ſuperne nudo. *Schreb. Spicil. Lipſ. p.* 63.

H. in gramineis ſiccioribus im Schloßgarten; bey der kleinen Weidenaſſee, et alibi frequens. Fl. Martio, April.

1082. C. (*palleſcens*) ſpicis pendulis, maſcula erecta, femineis ouatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis.

H. in dumetis am Zeizer Buſche, nahe am Wege, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Folia pubeſcentia. Spicae femineae fere binae, vix pendulae. Culmus folioſus.

1083. C. (*panicea*) ſpicis pedunculatis erectis remotis; femineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis.

H. in udis nemoroſis an der Ruthe, bald wenn man zur Poleymühle kommt, et alibi. Fl. Maio, Iunio.

Spica maſcula ſuperne plerumque floribus femineis. Spicae femineae 2-5. Capſulae bidentatae. Caulis exacte triqueter, palmaris et pedalis. Folia mucronata, carinata.

CLAS-

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

Ad pag. 220, *poſt n.* 796.

1084. SALIX (*pentandra*) foliis ſerratis glabris, floribus pentandris

H. in ſaliceto in der Hinterlucke. Fl. Aprili, Maio. Reliquarum ſpecierum vltima.

Hactenus tamen plantam floribus pentandris non inuenimus, ſed conſtanter floribus *tetrandris*. Hanc autem varietatem pentandrae eſſe, conſentit *Weber Spicil. Fl. Goett. p.* 28. Serraturae foliorum apice gluten flauum exſudant; hinc folia recentia inter chararum folia compreſſa totidem relinquunt puncta flaua, quot ſunt ſerraturae. *Mattuſchka*.

1085. S. (*Helix*) foliis ſerratis glabris lanceolato-linearibus: ſuperioribus oppoſitis obliquis.

H. ad Albim et Salam im Friedrichswerder und bey der alten Saale, auch im Treugen Buſche, frequens. Fl. Aprili.

Flores ſunt monandri, adeoque *Arduini* ſynonymum (*Mant. pag.* 498.) ad hanc, non autem ad ſalicem purpuream, pertinet, niſi vtraque conjungatur.

1086. S. (*repens*) foliis integerrimis lanceolatis, vtrimque nudiuſculis, caule repente.

H. in arenoſis humidis um Prezien und nach Gommern zu. Fl. Aprili.

Rami virgati decumbentes. Ramuli adſperſi villis albis. Folia ouato-oblonga, vtrimque glabra, ſubtus glauca aut ſericeo-villoſa. Feminis capſulae rufeſcentes.

1087. S. (*roſmarinifolia*) foliis integerrimis lanceolato-linearibus ſtrictis ſeſſilibus, ſubtus tomentoſis.

H. cum praecedente, Fl. Aprili.

Folia ſubtus nitida, ſericea, villoſa.

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

Ad pag. 224, *poſt n.* 804.

1088. HOLCUS (*mollis*) glumis bifloris nudiuſculis; floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſta geniculata.

H. ad agros in arena hinter Walternienburg am Wege nach Lindau, frequens. Fl. Iunio, Iulio.

Confer omnino *Schreber gram. tab.* 20. item Aira mollis *Schreb. Spicil. Lipſ. pag.* 52.

1089. H. (*odoratus*) glumis trifloris muticis acuminatis; floſculo hermaphrodito diandro.

H. in gramineis arenoſis humidiuſculis, zwiſchen Gelinde und der Elbe, auch im Treugen Buſche. Fl. Aprili ſeqq.

Floſculi duo laterales maſculi triandri; intermedius ſeu tertius hermaphroditus diandrus. Pugilli foliorum in faſciculum collecti ſuſpenduntur in cubili ad ſomnum conciliandum; cum ambroſiaca ſint ſoporifera, quem odorem hoc gramen ſpargit: ſed nimia quantitate morbos ſoporiferos inducunt. *Linn.*

Ad pag. 226, *poſt n.* 810.

1090. ATRIPLEX (*tatarica*) caule herbaceo, foliis deltoidibus ſinuato-dentatis vndulatis alternis. Atriplex maritima noſtra procerior. *Pluk. alm.* 60.

H. in ſalicetis an der Saale in der Hinterlucken; in ſylvaticis humidis an der Elbe Montplaiſir gegen über, et alibi paſſim. Fl. Iulio.

Altitudo humana et vltra. Folia ſubtus cinerea, ſaepius quatuor vncias longa, terminata apice cuſpide duarum unciarum integerrima; baſi ſinubus et dentibus magnis. Fructus glaber, ſimillimus fructui A. hortenſis figura et magnitudine, niſi quod A. tataricae paullo magis acuminatus.

1091.

1091. A (*pedunculata*) caule herbaceo diuaricato, foliis lanceolatis obtuſis integris, calycibus femineis pedunculatis. *Lin. Spec. Plant. Append. p.* 1675.

H. ad ſalinas bey Salze. Fl. Iulio, Auguſto.

Pedunculus calycis feminei 1-3 lineas longus. Calyx fructus ipſe obcordatus. Folia incana et quaſi albis maculis notata, vnciam longa, ad 2 lineas lata.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

FILICES.

Ad pag. 228, *poſt n.* 817.

388. OPHIOGLOSSUM. Natterzünglein.

Spica articulata, diſticha: *articulis* transuerſim dehiſcentibus.

1092. O. (*vulgatum*) fronde ouata.

H. in pratis humidis trans Salam gegen Lederiz zu bey dem Vorwerg Najock. Fl. Maio, Iunio.

Ad pag. 229, *poſt n.* 822.

1093. POLYPODIUM (*vulgare*) frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis; radice ſquamata. Engelſüß; Süßwurz.

H. extra terminos Fl. Barb. in ſylua zwiſchen Nedliz und Zipsdorf. Fl. Aprili.

Offic. POLYPODII Radix. Eſt eccoprotica, dulcis; diutius cocta amara euadit. *Linn.*

1094. P. (*criſtatnm*) frondibus ſubbipinnatis; foliolis ouato-oblongis: pinnis obtuſiuſculis; apice acuto ſerratis. Polypodium (*Filix femina criſtata*) frondibus ſubtripinnatis; pinnis ſummis pinnatifidis, imis pinnatis; pinnulis repetito pinnatifidis, omnibus vndique ſerratis, ſerraturis ſpinoſis. *Weis Crypt. pag.* 317.

H. in ſalicibus cavis in der groſſen Weidenallee, rarius Fl. Iunio, Iulio.

Frondes omnino non ſubbipinnatae ſed ſubtripinnatae. Pinnae infimae fere ſteriles, ſuboppoſitae. Laciniae pinnularum falcatae.

1095. P. (*Dryopteris*) frondibus ſupradecompoſitis: foliolis ternis bipinnatis.

H. extra terminos Fl. Barb. in ſylua hinter Redliß, auch ſonſt in Brands-Heide, copioſe. Fl. Iulio.

MUSCI.

Ad pag. 231, *poſt n.* 828.

1096. LYCOPODIUM (*annotinum*) foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, caule annotino-articulato, ſpicis terminalibus glabris erectis.

H. in ſylua hinter Redliß. Fl. aeſtate.

Rami ad genicula annotina contracti; folia quina verticillata, patentia, ſerrata, decurrentia.

Ad pag. 231, *poſt n.* 828.

1097. L. (*Selaginoides*) foliis ſparſis ciliatis lanceolatis, ſpicis ſolitariis terminalibus folioſis.

H. ad ſyluulam am Fußſteige hinter Walternienburg nach Zerbſt. Fl. Auguſto.

Oed. Fl. Dan. T. 70. Caulis repens. Folia non tam ciliis, quam mucronibus terminata.

Ad pag. 234, *poſt n.* 840.

1098. MNIUM (*pellucidum*) caule ſimplici, foliis ouatis. Dunkelgrün myrtenblättriges Mnium.

H. in ligno putrido ſalicum cavarum im Elbwerder; in der Gurgel et alibi. Fl. vere.

1099. M. (*fontanum*) caule ſimplici geniculis inflexo. Schlankes ſpeichenförmig getheiltes Sumpfmnium.

H. in udis et ſcaturiginibus arenoſis ad alneta unterhalb Gödniß; auch hinter Walternienburg. Fl. Aprili.

Sur-

Surculi ſimplices, fere aequales, laete virides, pauliſper luteſcentes, teretes, graciles. Roſulae ſeu ſtellulae in apice ſurculorum, diſco ruſo, frequentes.

1100. M. (*paluſtre*) caule dichotomo, foliis ſubulatis.
H. in humidis alneti hinter Walternienburg et alibi.
Eſt inter maiora, caulibus vltra triuncialibus; fere ſemper dichotomis. Ramuli lutei. Denſe creſcit, ita vt cauliculi per ſe ſimplices arcte iuxta ſe poſiti ceſpitem denſum efficiant.

Ad pag. 234, *poſt. n.* 840.

1101. M. (*annotinum*) foliis ouatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus, antheris nutantibus. Kurzrankiges weidenblättriges Mnium.
H. in humidis ſyluaticis zwiſchen der Poleymühle und Lochheim. Fl. Aprili.
Caules circiter vnciales. Folia ouato-lanceolata. Setae e ſurculis annotinis, puniceae.

Ad pag. 237, *poſt n.* 855.

1102. BRYUM (*ſubulatum?*) antheris erectis ſubulatis: ſurculis acaulibus.
H. in humidis alneti an der Ruthe, hinter Walternienburg. Fl. Febr. Martio.

1103. B. (*heteromallum*) antheris erectis, foliis ſetaceis ſecundis. Hypnum heteromallum. *Weiſ. Crypt. pag.* 215.
H. in ſylua bey Friederikenberg. Fl. Nouembri.
Simile B. ſcopario; ſed ſurculi minores, folia magis capillaria; ſetae breuiores.

1104. B. (*paludoſum*) acaule, foliis ſetaceis, antheris obtuſiſſimis patulis.
H. ad foueas humidas im Zeizer Buſche. Fl. Aprili.
Minimum eſt inter Brya. Cauliculi e ſimplici faſciculo foliorum exiliſſimorum conſtant. Setae vix duas aut tres lineas longae. Capſulae ouatae.

Ad

Ad pag. 242, poſt. n. 881.

1105. HYPNUM (*taxifolium*) fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata, baſi pedunculifera.

H. in ſyluaticis vmbroſis gegen Friederikenberg. Fl. Martio; etiam Octobri, quo menſe inuenimus.

Simile H. bryoidi, ſed longe maius foliisque maioribus et numeroſioribus.

1106. H. (*filicinum*) ſurculis pinnatis; ramulis diſtantibus, foliis imbricatis incuruis acutis ſecundis. Hypnum filicinum et ſpicatum. *Weis. Crypt. pag.* 228.

H. in ſyluaticis humidiuſculis im Buſche bey Friederikenberg. Fl. hieme.

Surculi digitales et vltra. Pinnae folioſae ſimplices, ſuperius denſius collectae, ſpicam quaſi formant. Color luteſcens.

1107. H. (*Criſta caſtrenſis*) ſurculis pinnatis; ramulis approximatis; apicibus recuruis.

H. in ſyluaticis im Buſche bey Friederikenberg; in Brands Heide copioſe. Fl. Martio; ſed nondum florens vidi.

Nomen triuiale inde natum eſt, quod folia falcata acutiſſima, in extremitate pinnularum et ſurculorum contorta inuoluta et criſpa, criſtam quaſi (einen Federbuſch) repraeſentant.

1108. H. (*fluitans*) foliis lanceolatis alternis remotis. *Linn. Fl. Suec.* 2. *p.* 399. *Weis. Crypt. p.* 226. *Schreb. Spicil. Lipſ. p.* 92.

H. ad radices ſalicum ad ſtagnum am Ende des Erbpachtes beym Elbdamme. Flores non vidi.

Longitudo ſurculorum, fere parallelorum, ad nouem vncias, ſeu ſpithamaea. Sic radicibus arborum ad ſuperficiem aquae adnata planta, herbae protenſae inſtar, in aqua agitatur.

1109. H. (*polyanthes*) ſurculis ramoſiſſimis, ramis rectis teretibus multifloris, capſulis erectis. *Schr.*

Spic.

Spic. Lipſ. pag. 97. *Mattuſchka Enumerat. ſtirp. ſil. pag.* 305.

H. in truncis ſalicum, parte praeſertim ſuperiore, in der Gurgel; in der Weidenallee et alibi Fl. Martio, Aprili. Rami breues, denſe congeſti, implexi, denſum ceſpitem quaſi conſtituunt. Setae numeroſae.

ALGAE.

Ad pag. 247, *poſt n.* 904.

1110. LICHEN (*roſeus*) puluerulentus conglomeratus roſeus. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 140.

H. in cortice quercuum annoſarum trans Albim, frequens. Perſiſtens.

Figura glebularum, et color earum, eſt floris cobalti, qualis quarzo inſperſus in fodinis ſubinde occurrit, vt Schreberus ait. Non ergo colore apparet rubro, ſed ad roſeum vergente.

Ad pag. 248, *poſt n.* 980.

1111. L. (*fuluus*) leproſus, luteo-viridis; ſcutellis fuluis. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 137.

H. in ſalicibus in der großen Weidenallee, paſſim. Perſiſtens. Cruſta annoſa per ſenium cineraſcens.

1112. L. (*granoſus*) imbricatus, foliolis oblongis lobatis inciſis cinereis laeuibus; ſcutellis nigris margine crenulato. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 128.

H. in arboribus horti an der Lindenallee, etiam in tiliis paſſim. Perſiſtens.

Ad pag. 249, *poſt n.* 914.

1113. L. (*puluerulentus*) imbricatus, foliolis lobatis crenatis obtuſis viridibus, polline conſperſis; ſcutellis nigris, margine crenatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 128.

H. in tiliis in der Lindenallee et alibi, copioſe. Perſiſtens.

Laci-

Laciniae latiores, quam praecedentis, profundius crenatae, obtuſiores.

1114. L. (*pullus*) imbricatus, foliolis lobatis oliuaceis, ſcutellis integerrimis. *Schreb. Spic. Lipſ. pag.* 131.

H. in ſcala lapidea des Altans im Schloßgarten. Perſiſtens.

Ad pag. 253, poſt n. 937.

****** *Vmbilicati.*

1115. L. (*puſtulatus*) vmbilicatus, ſubtus lacunoſus, furfure nigro adſperſus.

H. in ſcala lapidea des Altans im Schloßgarten. Fl. Ianuario, Februario.

Humidus vireſcit. Color rubet ex hoc conficitur. *Linn.*

Ad pag. 252, poſt n. 933.

1116. L. (*furcatus*) fruticuloſus tubuloſus ramoſus: ramis erectis furcatis. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 117. *Reichard Fl. Francof. p.* 150.

H. in ſterilibus ſyluaticis gegen Friederikenberg. Perſiſtens.

Similis L. rangiferino, ſed rami erecti furcati; color griſeus, nec albidus.

1117. L. (*paſchalis*) fruticuloſus ſolidus, tectus foliolis cruſtaceis.

H. in collibus ſteriliſſimis vmbroſis am Wege zwiſchen der Polenmühle und Tochheim. Fl. hieme.

Fruticulus botryiformis et quaſi incruſtatus.

Ad pag. 252, poſt n. 933.

1118. L. (*caſtaneus* nobis) fruticuloſus ſolidus laeuis compreſſus ramoſus: ramis breuibus ſubtricuſpidatis. Lichen terreſtris anguſtior ramoſiſſimus fuſcus. *Hall. Enum. pag.* 70.

H. in collibus arenoſis ſteriliſſimis über der Elbe unterhalb Gödnitz et alibi frequens. Perſiſtens.

Color

Color caſtaneus ſeu ruſo-nigreſcens, magnitudo ſemiuncialis et vltra; durities modica, non tamen fragiliſſimus.

Ad pag. 253, *poſt n.* 937.

1119. L. (*floridus*) filamentoſus ramoſus erectus, ſcutellis radiatis.

H. in ſylua in Brands Heide bey Welſike et alibi. Perſiſtens.

Ad pag. 255, *poſt n.* 948.

1120. TREMELLA (*verrucoſa*) tuberculoſa ſolida rugoſa.

H. ſub aqua, et poſt aquae defluuium in littore, in ſtagno hinter dem Gnez, am Damme, am Ende des Erbpachtes. Fl. Septembri.

Corpus rotundum gelatinoſum, diametri vnciam aequantis, craſſitie, in ſtatu recente ſemunciae. Color obſcure viridis.

Ad pag. 256, *poſt n.* 954.

1121. CONFERVA (*canalicularis*) filamentis aequalibus, baſin verſus ramoſioribus.

H. ad Albim in alueo eius limpido arenoſo, inhaerens lapillis et conchis, bey der Sandbank et alibi. Viget auctumno.

Longitudo noſtrorum exemplarium 2 aut 3 vnciarum erat. In aqua expanſa eſt et fluitans; extracta vero quaſi flacceſcit et contrahitur, vt vix diſtingui ſatis queat.

Ad pag. 254, *poſt n.* 945.

1122. BYSSUS (*phosphorea*) lanuginoſa violacea, lignis adnaſcens. Blauer Holzſchimmel.

H. in trabibus putreſcentibus unter der Brücke im Schloßgarten. Viget hieme.

Color eleganter caeruleus; baſis craſſiuſcula.

1123. B. (*coriacea*) perennis denſiſſima albicans. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 144.

H.

H. in quercubus annoſis trans Albim, et alibi. Perſiſtens.

Facies corii ſubtilioris. Color albus ad ochroleucum inclinans.

Fibrae difficulter diſtinguuntur; vidi tamen in exemplari recenti.

1124. B. (*aeruginoſa*) cruſta viridiſſima. Grünſpan-Byſſus. *Weis Crypt. p.* 18.

H. in ſalicibus cauis in der kleinen Weidenallee. Perſiſtens.

1125. B. (*crocea*) pulverulenta crocea. *Schreb. Spic. Lipſ. p.* 139. ſub Lichene.

H. in corticibus arborum annoſarum, item in palis ſepium hinter den Baracken et alibi. Perſiſtens.

Schreberus *l. c. p.* 140. adnotat ſe byſſos has pulverulentas ad lichenes referre debere crediſſe. Cum autem nos byſſum incanam, lacteam cet. dixerimus; etiam hanc byſſum croceam nominare debuimus. Caeterum color huius in noſtris exemplaribus obſcure croceus et fere bruneus eſt. Moleculae minimae, vt in reliquis byſſis pulverulentis.

FUNGI.

Ad pag. 257, *poſt n.* 955.

1126. AGARICUS (*integer*) ſtipitatus, lamellis omnibus magnitudine aequalibus. Rother Täubling. *Mattuſchka.*

H. in ſylua hinter Walternienburg an dem Wege nach Zerbſt linker Hand. Nouembri.

Pileus latitudine 2 vnciarum, purpureus, lamellae altiſſimae aequalis longitudinis, modo verſus marginem pilei pauliſper bifidae, ſtipes etiam altiſſimus ad duas vncias longus, non fiſtuloſus.

Ad pag. 260, *poſt n.* 974.

1127. A. (*caeruleſcens Schaefferi*) ſtipitatus carnoſus, pileo conuexo, centro ſaepe depreſſo fuſceſcente, margine caeruleſcente; lamellis caeruleſcentibus, petio-

petiolo tereti pleno craſſo caeruleſcente baſi bulboſo, velo filamentoſo fugaci; annulo nullo. Leberſchwamm. *Mattuſchka Enumerat. Stirp. Sileſ. pag.* 330.

H. ad pinos im Schloßgarten gegen die Prinzeß zu. Octobri.
Forte varietas A. violacei? *Mattuſchka.* Secundum *Reichardum Syſt. Plant. Vol. IV. p.* 602. omnino huius varietas eſt.

1128. A. (*rufus* nobis) ſtipitatus, pileo conuexo viſcido ſpadiceo; lamellis laxis pallidioribus; ſtipite fiſtuloſo fuſco.

Agaricus pileolo hemisphaerico integerrimo, lamellis ampliſſimis laxe diſpoſitis, petiolo nudo et cauo. *Gled. Fung. p.* 95. *IX.* Agaricus ſtipitatus, pileo plano coriaceo ſpadiceo margine fornicato, lamellis laxis pallidioribus; ſtipite cylindraceo fuſco. *Mattuſchka Enum. ſtirp. Sileſ. p.* 332. *n.* 1158. Pfefferpilz.

Fungus ſiccior, puluinatus rufus lamellis rarioribus. *Hall. Enum. p.* 49.

H. ad truncos putridos; in terra am Elbdamme, et alibi frequens. Viget toto fere auctumno, et ad ipſam ſaepius brumam. Magnitudo mediocris, ita vt diametrum pilei vltra 2 vncias dilatatum vix viderimus.

Ad pag. 260, *poſt n.* 977.

1129. A. (*lactifluus*) ſtipitatus, pileo plano carneo lacteſcente, lamellis rufis. ſtipite longo carneo. Hundsreisker. *Matt.*

H. in ſylua gegen Friederikenberg; auch am Damme bey der Gurgel. Auctumno.

Color flauo-rufus. Pileus in medio depreſſus. Lac dulce. Petiolus baſi incraſſatus, ſolidus. Fungus eſculentus.

1130. A. (*piperatus*) ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente; margine deflexo, lamellis incarnato-pallidis. Bitterling, Bitterſchwamm. *Matt.* Fun-

gus albus acris. *Banh. pin.* 371. *Gled Fung. p.* 97. *X.* der rechte wahre Kaiſerſchwamm.

H. frequens in ſyluis in Brands Heide bey Zipsdorf; auch bey Reuden im Zerbſtiſchen Buſche. Septembri.

Lac fundit copioſum, ſed non acre; ſubſtantia fungi, immo corticalis illa et durior praeſertim, e qua iam lac defluxit, linguam vrit. Ita *Gleditſch. l. c.*

Varietas huius forte *Gleditſch Fung. pag.* 100. *d.*

H. in ſyluaticis gegen Friederikenberg. Auctumno.

Color ſpadiceo-ruſeſcens; lamellis ſubalbidis ſeu flauidis. Petiolus breuis, craſſus.

1131. A. (*violaceus*) ſtipitatus, pileo rimoſo, margine violaceo tomentoſo; ſtipite caeruleſcente: lana ferruginea. Bläuling. *Matt.*

H. in gramineis ad ſalices in der kleinen Weidenallee. Auctumno.

Stipes breuis, craſſus; pileus ſat magnus ad diametrum pedis dimidii; color ſuperne griſeus verſus rubrum vergens; lamellae eleganter violaceae.

1132. A. (*glutinoſus Schaefferi*) ſtipitatus carnoſus; pileo fuſco glutinoſo, primum hemiſphaerico, tandem infundibuliformi; lamellis ſordide albis ramoſis, petiolo tereti pleno voluato, ſuperne albido, baſi tuberoſo fuſco, velo viſcoſo ſplendente; annulo ſpurio. Kuhmaul; Schleimpilz. *Matt. Enum. ſtirp. Sileſ. p.* 331.

H. in ſyluaticis im Gnez. Nouembri.

Velum viſcoſum ſplendens totam partem pilei inferiorem tegit in iunioribus. Carnoſus noſter non admodum erat.

1133. A. (*viſcidus*) ſtipitatus, pileo purpuraſcente-fuſco viſcido, lamellis fuſco-purpuraſcentibus.

H. in ſyluis bey Friederikenberg. Octobri.

Pileus ruſo-fuſcus, viſcidus; lamellae albidae, vix ruſae. Stipes ſaepe purpureus.

1134. A. (*equeſtris*) ſtipitatus; pileo pallido: diſco ſtellatim luteo, lamellis ſulphureis.

H. in gramineis am Damme hinter der Gurgel; auch in der Lindenallee. Nouembri.

Pileus flauus: diſco luteo. Lamellae pallido-ſulphureae, baſi ſeparatae. Stipes etiam flauus, cylindricus. Gregatim naſcens.

1135. A. (*tuberoſus*) ſtipitatus albus, ſtipite cylindraceo, baſi globoſo; pileo magno plano. *Leyſer Hall. p.* 216. *Linn. Fl. Suec.* 441. *n.* 1194. *Gleditſch Fung. p.* 86. *n.* 3.

H. in aruis et paſcuis, im Gnez et alibi frequens. Octobri.

Facies A. campeſtris, ſed lamellae altiſſimae.

Ad pag. 261, *poſt n.* 982.

1136. BOLETUS (*perennis*) ſtipitatus perennis, pileo vtrimque planiuſculo. Agarico-polyporus pediculatus ceruinus, poris tenuiſſimis albis. *Hall. Enum. p.* 26. *n.* 2.

H. in terra ad radices pinorum im Schloßgarten zwiſchen den Fichtenhecken und der Mauer, wo das abgeſchnittene von den Fichten hingeworfen wird. Perſiſtens.

Pileus in noſtris non planus, ſed conuexus, vnciam latus, ſuperne bruneus, et puluere bruneo ſeu luteſcente ſecedente tectus, inferne albiſſima ſuperficie, in qua pori, etiam oculo armato, vix conſpiciuntur. Stipes ad 5, vncias longus, lacerus ſeu rimoſus, verſus terram et pileum attenuatus, adeoque paullulum ventricoſus, colore luteſcente. In hypocauſto diu adſeruatus non marceſcit.

1137. B. (*flabelliformis*) ſtipitatus coriaceus, poris tenuiſſimis, ſtipite laterali. *Leyſer Hall. p.* 219. *Gled. Fung. p.* 80. *d.* Boletus lucidus. *Curtis Fl. Lond. n.* 37.

H. ad radices arborum putreſcentium hinter Monplaiſir am Burgfelde, et alibi. Auctumno.

Stipes et pileus ſuperne vernice coloris rufo-fuſci ſeu corallini obductus, glaber, et quaſi cuticula laxa circumdatus.

datus. Striae tranſuerſales concolores. Pori albi tenuiſſimi. Stipes diametro pilei paullo longior.

Ad pag. 262, poſt n. 988.

1138. HYDNUM (*imbricatum*) ſtipitatum, pileo conuexo imbricato. Habichtſchwamm, braune Hirſchzunge. *Matt.*

H. in ſylua bey Friederikenberg. Auctumno.

Color ceruinus ſeu pallide luteus. Pileus medio depreſſus, ſquamoſus, ſquamis ſubatris. Eſculentus.

1139. H. (*repandum*) ſtipitatum, pileo conuexo laeui flexuoſo. Stoppelpilz; weiſſer Süßling. *Matt.*

H. in ſylua gegen Friederikenberg. Octobri.

Pileus flaueſcens, carnoſus; aculei breues. Eſculentus, ſecundum *Mattuſchka.*

Ad pag. 263, poſt n. 989.

389. HELUELLA.

Fungus turbinatus.

1140. H. (*Mitra*) pileo deflexo adnato lobato difformi. Stockmorchel; Manrache. *Matt.*

H. in ſyluaticis am Wege linker Hand im Buſche an der Elbe nach Tochheim zu. Auctumno.

Cauleſcens, fragilis. Pileus membranaceus, inflatus, plicatus, ſubalbidus. Petiolus teres, rimoſus, quaſi duplicatus, fiſtuloſus. Eſculentus.

1141. H. (*ſubcutanea*) fibroſo-reticulata, nigro-fuſca; fibris rigidis et compreſſis. *Gled. Fung. p.* 53.

H. intra corticem et lignum Iuglandis regiae putreſcentis, item ſalicum, im Gnez et alibi. Perſiſtens.

Arcte adhaeret ligno ſub cortice, et a baſi, unciam lata, ſe diffundit variis ramificationibus.

1142. H. (*ceratoſperma*) ſcutellata ouata, ſubcutanea. *Schreb. Spicil. Lipſ. p.* 112.

H.

H. in cortice populi tremulae trans Albim, et alibi. Perſiſtens.

Etiam ex aliarum arborum, praecipue Coryli, corticibus erumpit. Libro inſidet et epidermide rupta effloreſcit.

Patellae ouatae, margine parum eleuato, fuſco-nigricantes; diſco ſeminifero.

Ad pag. 263, *poſt n.* 994.

1143. PEZIZA (*cupularis*) globoſo-campanulata; margine crenato. *Linn.* Peziza ſordide alba, acetabulo variabili. *Hall. Enum. p.* 19. *n.* 5.

H. ad marginem arenoſum foſſae am Felde neben dem Anger, in areis horti im Paradieſe. Vere et Auctumno.

Magnitudo a dimidio piſi ad dimidium nucis iuglandis regiae. Color extus albidus, intus fuſcus, ſordidus. Figura hemisphaerica. Subſtantia membranacea.

1144. P. (*cochleata*) turbinata cochleata. *Linn.* Peziza purpurea, acetabulo imperfecto. *Hall. Enum. p.* 19. *Gled. Fung. p.* 51. *X. a.*

H. in truncis putridis bey den Baracken; im Zeitzer Buſche, et alibi. Vere et Auctumno.

Fungus vncialis, colore rubro ſeu violaceo, variis gyris formatus: hinc Agaricus meſentericus violacei coloris, *Dill. Cat. Gieſſ. p.* 194. Subſtantia gelatinoſa. Villoſum eſſe, nondum vidi.

1145. P. (*inquinans*) conica nigra. *Hall. Enum. p.* 21. *Tab.* 1. *fig.* 8. *Gled. Fung. p.* 43. *a?*

H. in truncis putreſcentibus bey den Baracken et alibi. Octobri.

Color fuſcus et fere niger. Subſtantia gelatinoſa. Figura turbinata, ſupra prius paullo excauata, cum margine, poſtea magis explanata et conuexa. Stipes nullus, ſed baſis decreſcens verſus terram conica, rugis notata. Tactus inquinat manus colore fuſco vel nigro.

Ad pag. 264, *poſt n.* 997.

1146. CLAVARIA (*Ophiogloſſoides*) clauata integerrima compreſſa obtuſa.

 H.

H. in caeſpite, ligno putrido inſiſtens in der Lindenallee. Anctumno.

Pars ſuperior ſpicam Ophioglosſi vulgaris repraeſentat, longitudine vnciali; inferius ſuſtentatur ſtipite biunciali tenui. Color niger. Lingulae cutis rugoſae ſeu punctis numeroſis nigris obſitae. Subſtantia fungi interior albida ſeu cinerea. *Gled. Fung. p. 29. i.*

1147. C. (*Hypoxylon*) ramoſo-cornuta compreſſa. Gemshörnchen.

H. intra ſalices putridas, in der groſſen Weidenallee; etiam ad truncos putridos im Zeizer Buſche et alibi. Perſiſtens.

Gregatim naſcens, modo ſimplex, modo apicibus fiſſis. Color niger ſummitatibus albis et quaſi farina adſperſis. Subſtantia cornea ſeu lignea.

1148. C. (*coralloides*) ramis confertis ramoſiſſimis inaequalibus. Clauaria corpore multifido ramoſo et fuſco, in apices dilutiores graciles terminato. *Gled. Fung. p. 32. litt. e.* Ein ganz brauner Corallenſchwamm mit weißlichen Spitzen.

H. in ſyluis in Brands Heide; zwiſchen den Reezer Hütten und Reuden auf dem Wege nach Zerbſt zu; in humidiuſculis ad foſſam im Buſche bey Friederikenberg, linker Hand nicht weit vom Wege. Septembri.

Clauaria coralloides colore flaueſcente eſculenta eſt; vtrum etiam haec varietas fuſca? non conſtat.

1149. C. (*faſtigiata*) ramis confertis ramoſiſſimis faſtigiatis obtuſis luteis. Coralloides ramis planis palmatis, flauum. *Hall. Rupp. Ien. p.* 357.

H. ad ſalicem am Wege gegen die Elbfähre; auch in der Weidenallee. Octobri.

Magnitudo fere duplex capitis humani. Rami parum fiſſi, apice ſaturate lutei. Caeterum totum corpus flauo-luteum. Odor ingratus.

1150. C. (*intybacea*) ramoſa, apicibus latis criſpatis. *Reyger Gedan. p.* 180. *Gled. Fung.* Boletus XI. p. 75? Vielköpfiger grauer Bock. *Wulf. Boruſſ. p.* 8.

H.

H. ad truncos caeduos trans Albim, nicht weit vom Jägerhauſe gegen den Buſch hinein. Octobri.

Deſcriptio *Breynii* apud *Reigerum l. c.* conuenit cum noſtro exemplari. Magnitudo capitis humani. Rami multi, plani, ſubtus albi, poris minimis, ſupra griſei, reflexi, denticulati, criſpati.

Ad pag. 264, ante n. 998.

1151. LYCOPERDON (*ceruinum*) globoſum ſolidiuſculum, centro farinifero, radice deſtitutum. Hirſchtrüffel.

H. ad radices quercuum gegen die Poleymühle hin et alibi. Auctumno.

Creſcit ſupra terram, ad dimidium terra aut muſco tectum. Magnitudo oui minoris, ſed figura globoſa. Superficies ſcabra tuberculis minimis, ſeu etiam ſtellulis. Color fuluus. Baſis nulla, ſed radiculae tamen adſunt paucae. Subſtantia ſolida et dura. Medulla atra, dura, granis nigris compoſita, venis albis interſtincta. Odor grauis et vix tolerabilis.

Offic. BOLETUS CERUINUS; ſed non facile in vſum medicum cedit. *Gleditſch.* Cerui, apri et lepores fungum ſectantur et effodiunt.

Ad pag. 265, poſt n. 1002.

1152. L. (*Carpobolus*) volua multifida, fructu globoſo ex ſeminibus combinatis.

H. in aſſeribus putreſcentibus am erſten Garten an der Elbe; auch am Garten wenn man auf den Anger gehet linker Hand. Octobri, Nouembri.

Magnitudo capitis aciculae. Cutis exterior griſea, ſed corpuſculum ipſum luteum. Limbus fungi aperti apparebat dentibus quinque et ſeptem. Exploſionem ipſam, vt *Hallerus Enum. p.* 13, nondum vidi: ſepoſitus autem fungus et in humido adſeruatus poſt aliquot dies aperiebatur, et emittebat duo corpuſcula leniter cohaerentia, ſubrotunda, quae vltra limbum, hac vice quinqueſidum, porrecta iacebant. In alio exemplari tantum globulum vnum emiſſum vidi.

1153. L. (*radiatum*) diſco hemiſphaerico, radio colorato. *Linn. Spec. Plant. p.* 1654.

H. in ligno putrido im Irixer Buſche. Martio.

Gregatim fere naſcuntur corpuſcula in ſtatu recenti clauata, ſuperne globoſa, rufo-fuſca, glabra et ſplendentia, magnitudine vix dimidii capituli aciculae. Haec corpuſcula, baſi ſaepe quaſi coadunata, conſtituunt fere vnicum corpus, infra anguſtatum, ſupra dilatatum, quod lana bombycina emiſſa partem faui apium repraeſentat. Haec lana adhaeret ligno, et fere faciem byſſi aureae prae ſe fert. Aliae plantulae etiam ſigillatim creſcunt, quarum lana flaua eſt; cum reliquarum fere fulua ſit.

1154. L. (*pedunculatum*) ſtipite longo, capitulo globoſo glabro; ore cylindrico integerrimo.

H. inter muſcos in gramineis im Schloßgarten zwiſchen den Pyramiden et alibi. Auctumno.

Stipes circa duarum vnciarum.

Capitulum magnitudine nucis auellanae.

1155. L. (*cancellatum*) paraſiticum, apice puſtula lateribus fiſſa.

H. in pagina auerſa foliorum pyri et pruni frequens. Auctumno.

Verruca crocea lateraliter dehiſcens, filis apice connectitur.

1156. L. (*truncatum*) paraſiticum ſubrotundum truncatum.

H. in truncis ſalicum emortuis in der Gurgel et alibi. Auctumno.

Corpus ſubgloboſum, a piſi magnitudine ad pugni. Cortex griſeus vel fuſcus, coriaceus. Pulpa ſiccior ſpongioſo-ſuberoſa. Corpus truncatum non apparebat, quod forſan tum demum fit, cum puluerem emittit.

Ad pag. 265, *poſt n.* 1003.

1157. MUCOR (*ſphaerocephalus*) perennis, ſtipite filiformi nigro capitulo globoſo cinereo. Schwarzer

zer Holzſchimmel. Spaerocephalus niger, villo ochroleuco. *Hall. Enum. p. 9. Tab. I. f. 3.*

H. in arboribus cauis putridis, in der kleinen Weidenallee; in ſudibus et aſſeribus putreſcentibus, frequens. Perſiſtens.

Capitula fere nigra, triplo minora, quam Mucoris Lichenoidis, ſeu ſeminis papaueris.

Ad pag. 266, poſt n. 1007.

1158. M. (*Lichenoides*) perennis, ſtipite ſubulato nigro; capitulo lenticulari cinereo. Grauer Holzſchimmel. Eſt *Hall. Enum. p. 9. T. I. f. 2.*

H. in corticibus ſalicum in der Hinterlucke et alibi infrequens. Perſiſtens.

Globuli cinerei vel albidi. Stipites in noſtris fere concolores. Cruſta capituli rumpens oſtendit interne colorem nigrum. Magnitudo globulorum fere ſeminis papaueris.

1159. M. (*furfuraceus*) perennis viridis, foliis furfuraceis, ſtipite filiformi, capitulo globoſo. Lichen (*capitatus*) cruſtaceus viridis, foliis furfuraceis, ſtipite filiformi, capitulo globoſo. *Schreb. Spicil. Lipſ. p.* 134.

H. in rimis corticis quercuum annoſarum in der Vorderlucke gegen Saalhorn. Perſiſtens.

1160. M. (*miniatus Iacquini*) ſeta alba, capitulo pyriformi aut ſubgloboſo miniato. *Mattuſchka Enum. ſtirp. Sileſ. p.* 347. Mucor *Trichia* capitulis miniatis. *Oed. Fl. Dan. tab.* 467. *fig. I.* et forte etiam *fig.* 2.

H. in ſalicibus putridis am Anger von Colphus her, gegen die Baracken zu. Perſiſtens.

Magnitudo capituli multo minor, quam ſeminis ſinapeos. Gregatim et arcte iuxta ſe poſitae plantulae elegantem ſyluulam repraeſentant.

1161. M. (*virideſcens*) viridis granuloſus. *Linn. Syſt. veg. p.* 825. *Mant. p.* 313.

H. in corticibus arborum putridarum trans Albim bey Dornburg, im Irizer Buſche. Perſiſtens.

Facies Byſſi botryoidis; ſed mucorem indicant veſiculae ſtipitatae, ſeu capitula rotunda in ſtipite concolore, prius viridescentia, poſtmodum griſea.

1162. M. (*caeſpitoſus*) ſtipite ramoſo, ſpicis ternatis. Weiſſer Haarſchimmel. Byſſus petiolata caeſpitoſa, fructificationibus in ſpicam decompoſitam digeſtis. *Gled. Fung. p.* 24.

H. in ramis et truncis putreſcentibus deiectis, im Paradieſe. Decembri inuentus.

Stipites altitudine vnciali, horſum vorſum flexi; color primum albus, tum luteſcens aut nigricans.

1163. M. (*nidulans*) luteus globoſus, in baſi tomentoſa ſeſſilis. *Gled. Fung.* 162. *c.* Mucor globoſus flauus. *Hall. Enum. p.* 8.

H. in lignis putridis; toto fere anno.

Tomentum baſeos ſubalbidum. Grana magnitudine ſeminis papaueris, colore luteo.

1164. M. (*granoſus*) globoſus et cellularis, ſeſſilis; cortice in puluerem fatiſcente. *Gled. Fung. p* 158.

H. in corticibus arborum annoſarum, paſſim. Auctumno. Etiam poſt pluuias aeſtate in ramentis variis oritur.

Magnitudo granulorum ſeſſilium minor adhuc quam ſeminis ſinapeos. Color luteus, vel fuluus. Gregatim naſcitur magno numero in paruo ſpatio.

1165. M. (*conglomeratus*) ſphaericus ſeſſilis conglomeratus, fructificationes in liquamine continens. *Gled. Fung. p.* 161. *III. a.* Lycogala globoſum granis piſi magnitudine, aeris recocti coloris. *Hall. Enum. p.* 7. *n.* I. *e Michelio.*

H. frequens in lignis putreſcentibus, Hieme, Vere et Auctumno.

Corpuſcula magnitudine ſeminis miliacei et vltra, in ſuperficie quaſi granulata, ſaepe confluentia, et inde maiorem globulum, ad piſi magnitudinem, conſtituentia. Color luteus.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad pag. 25.

VERONICAE *maritimae* et *longifoliae* characteres ſpecifici vacillant: folia enim terna aut oppoſita variant, nec ſerraturae aut aequales aut inaequales conſtantes videntnr. *V. maritima* igitur praecipue foliis anguſtioribus eſt diſtinguenda.

Ad pag. 27.

Veronica Teucrium loco indicato, im Buſche gegen Tochheim, per decem circiter annos fruſtra quaeſita, tandem 1780 inuenta eſt in editis gramineis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg, rechter Hand bey den Birken, ehe man in den Buſch kommt; bey Liezke herum; auch häufig bey Jüterglück auf Reinen.

Ad pag. 29.

Saluia ſylueſtris habitat copioſe in montoſis apricis hinter Sälze.

Ad pag. 32.

Iris ſibirica creſcit etiam ad Albim hinter Monplaiſir am Damme beym alten Elbbruche.

Ad pag. 33.

Scirpus caeſpitoſus exulabit e Fl. Barb. niſi alio loco in poſterum inueniatur. Qui enim loco indicato creſcit, Scirpus paluſtris eſt, cuius ſpicae ſaepe breuiſſimae me induxerunt, vt pro caeſpitoſo haberem.

Ad

Ad pag. 34.

Scirpus Holoſchoenus creſcit etiam frequens in arenoſis am Wege von Dornburg nach Prezien.

Ad pag. eandem.

Nardus ſtricta non habitat loco indicato; ſed extra terminos Fl. Barb. in pratis duris am Glien.

Ad pag. 36.

Gramen dactylon eſculentum *Bauhini*, a priori (addatur: varietate) tantum cultura differt.

Ad pag. 37.

Stipa pennata habitat etiam in aridis zwiſchen Prezien und Gommern.

Ad pag. 38.

Stipae junceae loco ſubſtituenda eſt *Stipa capillata*, quae locis dictis creſcit. Stipa iuncea ergo non eſt ciuis noſtrae Florae.

Ad pag. eandem.

Aira flexuoſa habitat frequens in paſcuis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg.

Ad pag. 44.

Deſcriptio *Auenae pubeſcenti* ſubnexa, pertinet ad *Auenam flaueſcentem*.

Ad pag. eandem.

Arundo Calamagroſtis habitat etiam ad Albim über Breitenhagen nach Aken zu.

Ad pag. eandem.

Arundo arenaria creſcit etiam in ſylua aceroſa am Wege nach Zerbſt linker Hand.

Ad pag. 51.

Galium boreale habitat etiam im Kuhwerder, et alibi.

Ad

Ad pag. 51.

Aſperula arvenſis; legatur: habitat ad marginem agrorum an der kleinen Weidenallee hinunter gegen den Anger zu; rarius.

Ad pag. 52.

Aſperula tinctoria habitat quoque in montoſis apricis hinter Salze.

Foliorum numerus variat. Figura ſeminum magis oblonga, quam globoſa. Caulis a ſemipedali ad ſeſquipedalem altitudinem adſcendit in noſtris.

Ad pag. eandem.

Sherardia arvenſis habitat in campis frequens.

Ad pag. 61.

Verbaſcum nigrum habitat quoque trans Albim, dem Schloße gegen über.

Ad pag. 66.

Ribes nigrum habitat etiam in humidis über die Polepmühle hin rechter Hand.

Ad pag. 67.

Theſium alpinum habitat frequens in collibus apricis um Glien; auch in montoſis apricis hinter Salze und Froſe hin. Loco hic indicato naſcitur *Theſium Linophyllum*, quod vide ſupra n. 1032.

Ad pag. 68.

Gentiana Pneumonanthes varietas latifolia habitat in pratis et aggeribus trans Salam gegen Lederiz hin. Habitus idem; ſed folia, praeſertim inferiora, ouato-lanceolata.

Ad pag. 73.

Caucalis leptophylla. Eſt potius *Cauc. daucoides.* Vide ſupra.

Ad pag. eandem.

Tordylium maximum habitat quoque ad dumetum bey der Böſener Mark rechter Hand ins Feld hinein.

Ad

Ad pag. 79.

Cicuta viroſa creſcit frequens in vliginoſis, über der Poleymühle hin rechter Hand; etiam in turfoſis paluſtribus an der Elbe hinauf gegen Steckby zu.

Ad pag. 82.

Parnaſſia paluſtris creſcit etiam in paſcuis humidis zwiſchen Friedrichsberg und Badez.

Ad pag. 86.

Allium vineale habitat frequens inter ſegetes am Wege nach Zerbſt bald hinter Walternienburg.

Ad pag. 87.

Conuallaria multiflora creſcit etiam im Zeizer Buſche.

Ad pag. 101.

Monotropa Hippopitys habitat quoque im Friedrichsholze bey Zerbſt.

Ad pag. 103.

Saxifraga tridactylites habitat frequens auf Erdwänden bey Lichen, et alibi.

Ad pag. 105.

Arenaria rubra marina habitat frequens ad ſalinas bey Salze, bey den Salzwerken.

Ad pag. 106.

Cucubalus Behen. Var. β. Lychnis maritima repens *Linn. It. gotl.* 197. initio Iunii 1783; nec poſtea reperta eſt bey Zerbſt im Friedrichsholze. Caulis ſubuiſcidus. Folia glabra, recurua, acuta. Flores paullo minores, quam in Cucubalo Behen vulgari. Calyx glaber, ſubſtriatus, viridis. Corolla alba. Petala apice bifida, tum infra apicem dilatata, vtrinque dente ſeu angulo; poſtea verſus baſin anguſtantur. Faux nuda. Staminum tantum rudimenta. Styli tres longi, apice curui.

Ad pag. 106.

Silene noctiflora. Plantam hanc omnino ſuaueolentem eſſe, his annis ſaepe expertus ſum.

Ad pag. 107.

Silene Armeria habitat im Friedrichsholze.

Ad pag. 109.

Ceraſtium vulgatum et *Ceraſtium viſcoſum.* De his notetur: *Ceraſtium viſcoſum* habitat copioſe in campis arenoſis inter ſegetes, bey Göbnitz et alibi trans Albim. Caeterum e *Flora Suec. p.* 158. transſcripſeram in Floram Barbienſem *Linnei* adnotationem, Ceraſtii viſcoſi folia eſſe magis lanceolata, minusque ouata. Sed hoc aliter ſe habere, monet *Curtiſii Flora Londinenſis*, vbi adnotatur, folia Cer. viſcoſi eſſe minus lanceolata magisque ouata, quam in Ceraſtio vulgato.

Ad pag. 111.

Oxalis Acetoſella creſcit etiam ad radices arborum in dumetis humidis bey Stenz.

Ad pag. 114.

Euphorbia dulcis creſcit frequens in ſylvaticis auf Rauiek, bald Gelinde gegen über.

Ad pag. 116.

Prunus auium habitat quoque um Wieſenburg.

Ad pag. 131.

Ranunculus lanuginoſus eliminandus eſt: eſt enim *R. illyricus.* Vide ſupra.

Ad pag. 132.

Adonis aeſtiualis. Huius *varietas* flore eleganter phoeniceo creſcit in agris linker Hand am Weinberge hin.

Ad pag. 135.

Aiuga pyramidalis habitat quoque ad marginem ſyluae nahe bey Tochheim, wenn man von der Poleymühle kommt.

Ad pag. 135.

Ajuga genevenſis frequens creſcit flore carneo in paſcuis um Glien.

Ad pag. 141.

Origanum vulgare habitat quoque in dumetis im Lederitzer Buſch an der Elbe, Steckby gegen über.

Ad pag. eandem.

Orobanche maior habitat etiam ad dumeta auf der großen Wieſe gegen Welbke; auch am Wege von Kleinroſenburg nach Breitenhagen zu.

Ad pag. 143.

Melampyrum ſylvaticum creſcit etiam im Friedrichsholze bey Zerbſt.

Ad pag. 144.

Scrophularia aquatica habitat frequens ad foſſas über Dornburg hinaus an der Straße.

Ad pag. eandem.

Digitalis lutea eſt potius *D. ambigua*, frequens im Friedrichsholze bey Zerbſt.

Ad pag. 150.

Thlaſpi perfoliatum habitat etiam ad aggeres bey den Wieſen vor Jüterglück, gegen die Zerbſter Straße.

Ad pag. 153.

Braſſica campeſtris habitat in agris von Mühlingen die Berge hinauf; in der Vorderlucke gegen Saalhorn et alibi. Colitur in hortis noſtris, et ſub nomine Schnittkohl ad olera vſurpatur.

Ad pag. eandem.

Braſſica Erucaſtrum, vel planta ea, quam hoc nomine indicauimus, habitat ad murum an der Elbe auſſerhalb des Schloßgartens. Fl. Iulio. Petala alba venis caeruleis.

Folia

Folia glabra: inferiora acuta, dentato-pinnatifida ſeu runcinata; caulina lanceolata, dentata. Caulis et pedunculi retrorſum ſcabri. Sili quae teretes, glabrae. Eſt potius *Raphanus Raphaniſtrum*, ergo Braſ. Erucaſtrum delenda erit.

Ad pag. 156.

Siſymbrium arenoſum. Locus corrigatur et legatur: H. in arena auf der Sandbank hinter dem Elbwerder, rarius.

Ad pag. 157.

Geranium paluſtre habitat quoque frequens in pratis jenſeits der Poleymühle.

Ad pag. 158.

Geranium columbinum habitat etiam in ſyluaticis am Wege von Dornburg nach Prezien. Semel quoque inuentum am Wege in der Lindenallee; auch hinter Monplaiſir beym Dammbruche.

Ad pag. 159.

Lauatera thuringiaca prouenit quoque in aggere am Wege von Colphus nach Mukrena zu.

Ad pag. 161.

Fumaria bulboſa (intermedia) Linn. Spec. Plant. p. 983. radice non caua minor. Habitat in decliuitate monticulorum, zwiſchen der Poleymühle nnd Tochheim, nahe gegen Tochheim hin. Fl. Martio, Aprili.

Ad pag. 165.

Lathyrus ſyluaticus creſcit etiam in arenoſis hinter Monplaiſir.

Ad pag. eandem.

Lathyrus paluſtris habitat fréquens in paluſtribus hinter Monplaiſir beym Anfang der Hähniſchen See.

Ad pag. 166.

Aſtragalus Cicer habitat quoque in montoſis apricis hinter Salze und Froſe.

Ad pag. 170.

Hedyſarum Onobrychis creſcit etiam in collibus aridis vom neuen Kruge nach Bromby zu.

Ad pag. 174.

Hypericum montanum habitat etiam im Friedrichsholze bey Zerbſt.

Ad pag. 178.

Scorzonera humilis creſcit quoque in editis gramineis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg, rechter Hand bey den Birken, ehe man in den Buſch kommt.

Ad pag. eandem.

Scorzonera laciniata habitat etiam in montoſis apricis gramineis hinter Salze und Froſe.

Ad pag. 180.

Lactuca ſaligna creſcit frequens ad margines agrorum, wenn man über die Schafbrücke nach Colphus gehet, auch wenn man von den Windmühlen nach Cyprena gehet, et alibi.

Ad pag. eandem.

Hieracium dubium creſcit in paſcuis zwiſchen Tochheim und Friederikenberg linker Hand, et alibi.

Ad pag. 187.

Gnaphalium arenarium habitat frequens in arenoſis hinter Monplaiſir.

Ad pag. 188.

Matricaria Parthenium prouenit ad ſepes in Weſpen.

Ad pag. 190.

Chryſanthemum corymboſum habitat frequens in montoſis apricis hinter Salze und Froſe.

Ad pag. eandem.

Chryſanthemum ſegetum inuentum quoque auf der Sandbank an der Elbe, über dem Elbwerder.

Ad pag. eandem.

Arnica montana creſcit frequens über Zerbſt hin, zwiſchen Luſe und Mühlsdorf, linker Hand auf den Heidewieſen; referente conſule Thoma Serueſtano.

Ad pag. 192.

Solidago Virgaurea habitat etiam in montoſis apricis hinter Salze.

Ad pag. 194.

Tuſſilago alba habitat etiam in ſalicetis arenoſis an der Elbe hinter Monplaiſir im Treugen Buſche, copioſe.

Ad pag. eandem.

Aſter Tripolium habitat in foſſis et ad ſalinas bey Salze an den Gradierwerken hin. Fl. Auguſto. Deleatur itaque locus natalis n. 699. Deſcriptionem vide *p.* 309. *ſub n.* 1014.

Ad pag. 197.

Centaurea ſolſtitialis, poſtquam diu viſa non erat, denuo inuenta eſt in agro poſt meſſem in Böſen am Wege rechter Hand.

Ad pag. 199.

Echinops ſphaerocephalus creſcit etiam ad dumeta in campis zwiſchen Zeiz und Weſpen.

Ad pag. 200.

Viola hirta creſcit frequens auf der großen Wieſe gegen die Hinterlucke zu et alibi.

Ad pag. eandem.

Viola montana habitat etiam im Kuhwerder.

Ad pag. 202. 203.

Orchis coriophora, p. 202. item *Orchis uſtulata* p. 203. creſcunt etiam in pratis humidis von Jüterglück gegen die Zerbſter Straße herunter.

Ad pag. 206.

Chara vulgaris habitat etiam in foſſis von Colphus nach Cyprena.

Ad pag. 207.

Carex leporina. Locus corrigatur et legatur: H. in udis nemoroſis an der Nuthe, bald wenn man zur Poleymühle kommt, auch in arenoſis ſubhumidis am Wege nach Zerbſt. Fl. Maio, Iunio.

Culmus laeuis, ſuperne nudus, triqueter, pedalis et ſeſquipedalis. Folia carinata, in mucronem terminata, retrorſum ſcabra. Spica lanceolata, vncialis, compoſita ex ſpiculis 3 ad 8, ſeſſilibus, approximatis, ſpadiceis.

Ad pag. 208.

Carex montana creſcit etiam ad dumeta beym Zeizer Buſche auf der Seite gegen Gnadau hin. Iunio.

Ad pag. 213.

Myriophyllum verticillatum habitat frequens in ſtagnis hinter dem Kuhwerder gegen den Elbdamm zu.

Ad pag. 214.

Poterium Sanguiſorba frequens creſcit ad margines agrorum am Mühlinger Berge, auf der Seite gegen Kleinmühlingen zu.

Ad pag. 222.

Hydrocharis Morſus ranae habitat etiam in den Pröbsſümpfen.

Ad pag. 228.

Equiſetum hiemale habitat in alnetis an der Ruthe am Ende der Allee, dem Schloſſe gegen über.

Ad pag. 230.

Aſplenium Ruta muraria creſcit etiam ad muros im Garten beym Amtshofe, auch auſſerhalb des Schloſsgartens an der Mauer gegen den Elbcanal zu.

Ad pag. eandem.

Pteris aquilina habitat ad dumeta über Tochheim an der Elbe hinauf gegen Steckby hin.

Creſcebat hoc loco ad altitudinem ſexpedalem, paribus ramorum ternis et quaternis.

Ad pag. 234.

Mnium polytrichoides creſcit etiam in aridis auf dem Anger gegen Monplaiſir.

Ad pag. 235.

Bryum pyriforme creſcit frequens in pratis humidis hinter der Poleymühle.

Ad pag. 235.

Bryum extinctorium habitat etiam in editis arenoſis hinter Kleinmühlingen.

Ad pag. 240.

Hypnum dendroides prouenit frequens in ſubhumidis auf dem Anger gegen Monplaiſir am Damme hin.

Ad pag. 243.

Iungermannia aſplenioides creſcit etiam in ſylua, locis vdis trans Albim linker Hand, wo man nach Tochheim gehet.

Ad pag. 245.

Iungermannia pinguis creſcit etiam in turfoſis et vdis alnetorum diſſeits und jenſeits der Poleymühle.

Pedunculus ſaepe praelongus ad duas vncias.

Ad pag. 252.

Lichen ſubulatus habitat etiam in ſiccis ſteriliſſimis auf dem Anger gegen Monplaiſir.

Ad pag. 255.

Tremella iuniperina prouenit etiam in terra ſubſabuloſa trans Albim in ſylua, wo man nach Tochheim gehet.

Ad pag. eandem.

Vlua inteſtinalis natat frequens in ſuperficie aquarum, in ſtagnis am Graben unten am Anger, wo die Fiſchlöcher ſind.

Eſt ſubſtantia gelatinoſa, colore viridi vel fuſco, longitudine digiti et vltra. Sibi permiſſa conuoluitur in ſe, in modum tubuli. Euoluta, eſt membrana vnciam lata et vltra, admodum lubrica, vt vix digitis teneri queat. Cum Conferua bulloſa olim permutauimus.

Ad pag. eandem.

Vlua granulata creſcit copioſiſſime poſt defluuium aquarum, in terra limoſa, praecipue verno tempore, bey der Sandbank über dem Elbwerder.

Ad pag. 256.

Conferua reticulata habitat etiam ad Albim jenſeits des Elbwerders, poſt defluuium aquarum in limo. Auctumno.

Ad pag. 257.

Agaricus quinquepartitus creſcit quoque am Damme bey der Gurgel. Octobri. In lobos vt plurimum quinque, diverſae magnitudinis, diuiditur. Color pilei albidus, lamellarum etiam; ſed non albidior.

Ad pag. 258.

Agaricus cinnamomeus creſcit frequens ad radices tiliarum, in der Lindenallee. Eſt fungus ſatis craſſus, pileo ad 6 vncias lato, ſtipitis diametro vnciali; color ſordide luteus, vt cinnamomi; pileus, praecipue verſus marginem, ſquamoſus; lamellae luteo-fuſcae; volua nulla.

Ad pag. eandem.

Agaricus clypeatus eſt *A. procerus Reich. Frankf. p.* 156. *Gled. Fung. p* 144. *XX*, et habitat quoque im Zeizer Buſche.

Ad pag. 260.

Agaricus alneus habitat etiam in truncis arborum caeſarum, im Elbwerder. Nouembri.

Ad pag. 261.

Boletus viſcidus habitat quoque ad arborum truncos in ſylua trans Albim, wo man nach Tochheim gehet; ad ſalices in der Gurgel. Octobri.

Ad pag. 263.

Phallus eſculentus habitat frequens im Trengen Buſche gegen die Elbe; auch ſelten im Schloßgarten.

Ad pag. eandem.

Pezizae lentiferae varietas maior, nigra, laeuis, labro reuerſo, creſcit inter muſcos im Gnez et alibi. Nouembri.

Ad pag. eandem.

Peziza punctata habitat etiam in ſtercore bouino auf der großen Wieſe; inuenta Octobri, ſed exſiccata. Item habitat in arenoſis aridis editis gegen Tochheim hin. Aprili.

Diameter fungi a linea dimidia ad duas et tres lineas. Superficies niuea, punctis ſubnigris.

Ad

Ad pag. 263.

Peziza cyathoides creſcit in ramis emortuis deiectis, im Elbwerder. Nouembri. Magnitudo huius exemplaris erat ſeminis cannabini, et minor; color flauus; figura crucibuli, modo trigona, modo tetragona.

Ad pag. eandem.

Peziza ſcutellata creſcit etiam in ſterilliſſimis auf dem Anger gegen Monplaiſir. Nouembri. Varietas huius minor, quae eſt *Eluela* orbicularis, minima ſeſſilis et coccinea, plana; margine ciliato vel nudo; *Gled. Fung. p.* 45. *b.* habitat inter muſcos in terra auf den Gartenbeeten; im Schloßgarten; auch auf dem Kleefeld beym Gnez, Vere et Auctumno. Magnitudo ſeminis miliacei. Diſcus conuexo-planus. Pilos non obſeruaui.

Ad pag. 264.

Clauaria Muſcoides creſcit etiam inter muſcos bey den Pyramiden auſſen im Schloßgarten. Octobri. Fruticulus duarum vnciarum, pallide luteus, valde ramoſus; odore fungoſo grato, vt edulis videatur.

Ad pag. 265.

Mucor Embolus creſcit in ſalicibus putridis im Elbwerder. Altitudo ſemuncialis. Seta ſeu neruus niger, cui vtrimque adhaeret cuticula tenuiſſima lineari-lanceolata, venis intertexta; ita vt nudo oculo ſtipites vt totidem pennulae adpareant. Color in ſtatu ſicco nigro-fuſcus.

Ad pag. 296.

Mucor ſepticus creſcit etiam ad truncos putreſcentes, in ſylua hinter Zerbſt gegen Reez zu; auch im Zeizer Buſche, und im Gnez. Iulio.

* * *

Ad pag. 268.

Crocus ſatiuus. Adhuc tantum Crocum verum coluimus, quem multi Botanici tamquam ſpecie a Croco officinali diuerſum conſiderant.

Ad pag. 283.

Papauer ſomniferum in Supplemento tanquam plantam indigenam denuo recenſuimus.

Ad pag. 284.

Delphinium grandiflorum colitur quidem in hortis, ſed quod hoc loco indigitare voluimus, eſt aliud, ſcilicet:

DELPHINIUM (*Aiacis*) nectariis monophyllis, caule ſimplici.

Annuum hoc eſt, et ſponte ex ſemine diſperſo plerumque regerminat.

Notandum eſt, flores ſaepius luxuriare, et proferre capſulas binas aut ternas.

Dic quibus in terris inſcripta nomina regum, naſcantur flores. *Virgilii Eclog. III.* Ecce ſuos gemitus foliis inſcripſit at AIA. Ita citat *Lin. Syſt. Veg. p.* 418. Sed in *Ouidii Metam. Lib X. fab.* 6. *Edit. Lipſ.* 1590. verſus ita legitur: Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit et HYA. Secundum fabulam ſcilicet Aiax ſe in hunc florem mutauit; qui Hyacintho deſtinatus proprie erat, et a quo flos nomen (Hyacinthus) adeptus eſt. Eſt autem Delphinio Aiacis hoc AIA re vera inſcriptum, et leguntur tres hae litterae mediocriter pictae in cauitate nectarii.

Ad pag. 295, *n.* 115.

Tragopogon porrifolium, creſcit ſponte in gramineis im Schloßgarten auſſen bey den Pyramiden.

* * *

Ad pag. 309, *n.* 1014.

Aſter acris deleatur: ab A. Tripolio enim non differt.

Ad pag. eandem, *n.* 1015.

Riccia criſtallina habitat etiam ad Albim in terra limoſa beym Elbwerder an der Sandbank; auch an der Saale beym Burgwalde, wenn die Saale den fetten Schlamm zurück läßt.

IN-

INDEX GENERUM SUPPLEMENTI.

Numerus paginam indicat.

Adonis 321. 357
Agaricus 342. 364
Agroſtis 313
Aira 313. 354
Aiuga 357
Allium 356
Anchuſa 315
Antirrhinum 323
Aquilegia 320
Arabis 324
Arenaria 356
Arnica 360
Arum 331
Arundo 354
Aſperula 315. 355
Aſplenium 362
Aſter 328. 361. 366
Aſtragalus 359
Athamanta 317
Atriplex 334
Auena 314. 354

Boletus 345. 364
Braſſica 325. 358
Bryum 337. 362. 363
Bupleurum 317
Byſſus 341

Carex 332. 361
Cardamine 325
Carduus 327
Caucalis 317. 355
Centaurea 361
Ceraſtium 357
Chara 361
Chenopodium 317
Chryſanthemum 360
Cicuta 356
Clauaria 347. 365
Conferua 341. 363
Conuallaria 356
Crocus 365
Cucubalus 356
Cynoſurus 314

Delphinium 366
Dianthus 319
Digitalis 323. 358

Echinops 361
Equiſetum 362
Euphorbia 357

Feſtuca 314
Fumaria 359

Galium 354
Gentiana 316. 355
Geranium 359
Gnaphalium 328. 360

Hedyſarum 359
Heluella 346
Heſperis 324
Hieracium 327. 360
Holcus 334
Hydnum 346
Hydrocharis 362
Hypericum 360
Hypnum 338. 363

Hypochoeris - 326
Hyſſopus 322

Inula 328
Iris 353
Iuncus 318
Iungermannia 363

Lactuca 360
Lamium 322
Lathyrus 326. 359
Lauatera 359
Lichen 339. 363
Lilium 318
Lycopodium 336. 349

Matricaria 360
Melampyrum 358
Milium 312
Mnium 336. 362
Monotropa 356
Mucor 350. 365
Myagrum 324
Myriophyllum 362

Nardus 354

Ophiogloſſum 335
Ophrys 330
Orchis 330. 361
Origanum 358
Orobanche 322. 358
Oxalis 357

Papauer 320. 366
Pedicularis 323
Peziza 347. 364. 365
Phalaris 312
Phallus 364
Phleum 312
Polygonum 319
Polypodium 335
Poterium 362

Prunus 357
Pteris 362

Ranunculus 321. 357
Ribes 355
Riccia 366
Rubus 320
Salicornia 311
Salix 333
Saluia 353
Satyrium 330
Saxifraga 356
Scirpus 353. 354
Scorzonera 327. 360
Scrophularia 358
Serapias 331
Sherardia 355
Silene 357
Siſymbrium 325. 359
Sium 317
Solidago 361
Sonchus 327
Stipa 313. 354

Theſium 316. 355
Thlaſpi 358
Tordylium 355
Tragopogon 366
Trapa 315
Tremella 341. 363
Trollius 321
Tuſſilago 361

Verbaſcum 355
Veronica 353
Vicia 326
Vinca 316
Viola 361
Vlua 363
Vtricularia 311

Zannichellia. 331

Deut-

Deutſches Regiſter.

Aaron 331
Akeley 320

Bitterling 343
Bitterſchwamm 343
Blåuling 344
Bock, vielköpfiger 348
Bocksgeilen 330

Corallenſchwamm 348

Engelblume 321
Engelſüß 335

Federnelken 319
Fladdergras 312

Gänſekraut 324
Gemshörnchen 348
Grünſpanbyſſus 342

Haarſchimmel 352
Habichtſchwamm 346
Herbſtenzian 316
Hirſchtrüffel 349
Hirſchwurz 317
Hirſchzunge 346
Hirſengras 312
Holzſchimmel 341. 351
Hundsreisker 343

Ingber 331

Kaiſerſchwamm 344
Kuhmaul 344

Leberſchwamm 343
Leinblat 316
Lilie 318

Maagſaamen 320
Magenwurz 331
Manrache 346
Mexikaniſcher Thee 317
Mnium 336
Mohn 320

Nachtviole 324
Natterwurzel 319
Natterzünglein 335

Otterwurzel 319

Pfefferpilz 343

Schleimpilz 344
Sinngrün 316
Steinbeeren 330
Stendel 330
Stockmorchel 346

Stop=

Stoppelpilz 346
Süßling 346
Süßwurz 335

Täubling 342
Todtenviolen 316
Trollblume 321
Türkiſcher Bund 318

Waldhirſe 312
Waſſerſchlauch 311
Waſſerhelm 311
Waſſernuß 315
Waſſerſchmielen 313
Wieſenkreſſe 325
Wintergrün 316

Yſop 322

Zehrwurz 331



H. W.